[illegible]

51

[illegible]

Lucan. IX, 631–667

Femineo cui more come per terga solute
Ipsa flagellabant gaudentes colla medusæ
Surgunt adversa subrectæ fronte colubræ
Vipereumque fluit depexo crine venenum
Hoc habet infelix cunctis [illegible] inpune medusæ
Quod spectare licet nam rictus [illegible] oraque monstri
Quis timuit quem qui recto se lumi[illegible]ne vidit
Passa medusa mori est rapuit du[illegible]bitantia fata
Prevenitque metus anima peri[illegible] retenta
Membra nec emissæ riguerunt ossibus umbre
Eumenidum crines solos movere furores
Cerberus orpheo lenivit sibila cantu
Amphitrioniades vidit cum vinceret hydram
Hoc monstrum timuit genitor numenque secundum
Phorcus aquis cetoque parens ipseque sorores
Gorgones hoc potuit celo pelagoque minari
Torporem insolitum mundoque obducere terram
E celo volucres subito cum pondere lapse
In scopulis hesere fere totique colentes
Aethiopum populi riguerunt marmore gentes
Nullum animal visus patiens ipsique retrorsum
Effusi faciem vitabant gorgonos angues
Illa sub hesperiis stantem titana columnis
In cautes athlanta dedit celoque timente
Olim phlegreo stantes serpente gigantas
Erexit montes bellumque inmane deorum
Pallados e medio confecit pectore gorgon
Quo postquam partu danes et divite nimbo
Ortum parrhasiæ vexerunt persea pennæ
Arcadis auctoris cytharæ liquideque palestræ
Et subitus prepes cillenida sustulit arpen
Harpen alterius monstri iam cede rubentem
A iove dilecte fuso custode iuvence
Auxilium volucri pallas tulit innuba fratri
Pacta caput monstri terre in fine libysse
Persea phoebeos converti iussit ad ortus
Gorgonos averse sulcantem regna volatu
[illegible] fulvo dedit [illegible]

ISTE LIBELLUS ABRAHAMO EPO FRISINGENSI IM
PERANTE. CAPELLANO IPSIUS GOTESCALCHO EFFICIEN
TE AD SERVITIUM SCAE MARIAE SCIQ CORBINIANI
METTIS SCRIPTUS EST.

INCIPIUNT EPISTOLAE SANCTI HIERONIMI PRESBITERI CONTRA IOUINIANUM.

Pauci admodum dies sunt quod sancti ex urbe fratres cuiusdam
mihi iouiniani commentariolos transmiserunt. ro
gantes ut eorum ineptiis responderem. et epicurum christi
anorum euangelico atque apostolico rigore contererem. Quos cum legis
sem et omnino non intellegerem. coepi reuoluere crebrius.
et non uerba modo atque sententias. sed singulas pene syllabas discu
tere. uolens prius scire quid diceret. et sic uel probare uel re
darguere quod dixisset. Uerum scriptorum tanta barbaries est.
et tantis uitiis spurcissimus sermo confusus. ut nec quid loquatur.
nec quibus argumentis uelit probare quod loquitur potuerim intel
legere. Totus enim tumet. totus iacet. Attollit se per singula. et
quasi debilitatus coluber in ipso conatu frangitur. Non est
contentus nostro id est humano more loqui. altius quiddam adgreditur.
parturient montes. nascetur ridiculus mus. Quod ipse non sanum esse
hominis. non sanus iuret orestes. Preterea sic inuoluit omnia. et qui
busdam inextricabilibus nodis uniuersa perturbat. ut illud plauti
narum litterarum ei possit aptari. Has quidem preter sybillam leget
nemo. Nam diuinandum est. Furiosas apollinis uatis legimus. Et illud uir
gilianum. dat sine mente sonum. heraclitum quoque cognomento CKOTI
NON sudantes philosophi uix intellegunt. Sed quid ad nostrum AINI
MATICTHN. cuius libros multo difficilius est nosse. quam uincere. Quamquam
et in uictoria non parua sit difficultas. Quis enim eum superare
queat. cuius assertionem penitus ignores. Et ne lectorem longius
traham cuiusmodi eloquentie sit. et quibus uerborum floribus ornatus
incedat. secundi libri eius monstrabit exordium. quod hesterna
crapula ructans ita euomuit. Satisfacio inuitatis. non ut claro

uerba iouiniani

curia nomine · sed a rumore purgatus bibam uino · Obsecro agrum
nouella plantationum arbusta teneritudinis erepta de uitiorum
gurgitibus audientia communita agminibus; scimus ecclesiam spe
fide caritate inaccessibilem · non est mea inmaturus omnes
docibiles impetu inrumpere · et arte eludere potest nullus ·

Redditio lepon

Rogo quae sunt haec portenta uerborum · quod descriptionis dedecus ·
Nonne aut per febrem somniare eum putes · aut arreptum morbo frenetico
tico yppocratis uinculis alligandum · Quotienscumque enim
eum legero · ubi me defecerit spiritus · ibi distinctio est · Totum incipit
totum pendet ex altero · Nescit quid cui cohereat · Licet exceptis
testimoniis scripturarum quae ille uetustissimo eloquentiae suae
flore mutare non ausus est · reliquus sermo omni materiae con
uenit · Quae res mihi aliquam suspitionem intellegentiae dedit · uelle
eum ita nuptias predicare · ut uirginitati detrahat · Quando
enim maiora minoribus coequantur · inferioris comparatio ·
superioris iniuria est · Neque uero nos martionis et manichei
dogma sectantes · nuptiis detrahimus · nec tatiani principis
encratitarum errore decepti · omnem coitum spurcum putamus · qui
non solum nuptias · sed cibos quoque quos deus creauit ad utendum dampnat · et
reprobat · Scimus in domo magna · non solum uasa esse aurea et ar
gentea · sed et lignea et fictilia · Licet super fundamentum christi quod pau
lus architectus posuit · alios edificare aurum · argentum · lapides
pretiosos · alios e contrario · fenum · ligna · stipulam · Non ignoramus
honorabiles nuptias · et cubile inmaculatum · Legimus primam dei
sententiam · Crescite et multiplicamini · et replete terram ·
Sed ita nuptias recipimus · ut uirginitatem quae de nuptiis nascitur
praeferamus · Numquid argentum non erit argentum · si aurum argento
pretiosius est · Aut arboris et segetis contumelia est si radici et
foliis · culmo et aristis poma praeferantur et fructus · Ut poma ex

(margin: quae nulli conuenit; J)

arbore . frumentum ex stipula . ita uirginitas e nuptiis . Centesimus
& sexagesimus & tricesimus fructus quanquam de una terra . et de
una semente nascatur . tamen multum differt in numero . Triginta
referuntur ad nuptias . Nam et ipsa digitorum coniunctio et quasi
molli osculo se complexans & foederans . maritum pingit & con
iugem . Sexaginta uero ad uiduas . eo quod in angustia et tribulatione
sint positae . unde et superiori digito deprimuntur . Quantoque ma
ior est difficultas expertae quondam uoluptatis illecebris abstinere .
tanto magis et praemium . Porro centesimus numerus diligenter
quaeso lector attende . de sinistra transfertur ad dexteram . & his
dem quidem digitis . sed non eadem manu . quibus in laeua nuptae
significantur & uiduae . circulum faciens . exprimit uirginita
tis coronam . Haec de impatientia magis . quam iuxta ordinem
disputationis dixerim . Cum enim adhuc de portu egrediar . &
rudentibus uela sustollam . in medium me quaestionum pelagus
subitus loquendi aestus arripuit . Unde cohibebo cursum . & pau
lisper sinus contraham . nec indulgebo mucroni . iam nunc pro
uirginitate ferire cupienti . Balista quanto plus retrahitur .
tanto fortius mittitur . Non est damnum dilationis . ubi certior fit
ex dilatione uictoria . Proponam breuiter aduersarii sententias .
et de tenebrosis libris eius quasi de foueis serpentes protraham .
neque sinam uenenosum caput spiris maculosi corporis protegi .
Pateat quod noxium est . ut possit conteri cum patuerit . QUID SENSE
RIT IOUINIANUS . Dicit uirgines uiduas & maritatas quae semel
in Christo lotae sunt . si non discrepent ceteris operibus . eiusdem esse
meriti . Nititur approbare eos qui plena fide in baptismate renati
sunt . a diabolo non posse subuerti . Tertium proponit inter
abstinentiam ciborum & cum gratiarum actione perceptionem eorum nullam
esse distantiam . Quartum . quod & extremum est . omnium qui suum

baptisma reservaverint. una in regno caelorum remuneratione. RESPON
SIO HIERONIMI. Haec sunt sibila serpentis antiqui. his consiliis draco de
paradyso hominem expulit. Nam et saturitatem ieiuniis praeferendo.
repromisit eos inmortales futuros. quasi numquam possent corruere.
Et dum divinitatem equalem cum deo pollicetur. expulit eos de para
dyso. ut qui nudi et expediti et absque ulla macula virgines
domini consortio fruebantur. deiecti in vallem lacrimarum tunicis
consutis et pelliceis vestirentur. Sed ne lectorem diutius morer.
sequar vestigia particionis expositae. et adversus singulas propo
sitiones eius. scripturarum vel maxime nitar testimoniis. ne que
rulus garriat se eloquentia magis quam veritate superatum.
Quod si explevero. et illum utriusque instrumenti nube oppressero.
adsumam exempla secularis quoque litteraturae. ad quam et ipse pro
cat. doceamque etiam inter philosophos et egregios in republica
viros virtutes voluptatibus. id est pytagoram et platonem et aristidem.
aristippo et epicuro et alcibiadi ab omnibus solere praeferri. Vos autem
usque sexus virgines et continentes queso. mariti quoque et digami
ut conatus meos orationibus adiuvetis. cunctorum in commune
Iovinianus hostis est. Namque equalia omnia adserit merita.
tam virginitati facit iniuriam dum eam nuptiis comparat.
quam et nuptiis. sic eas licitas adserens. ut secunda et tertia matrimo
nia. Sed et digamis et trigamis adversarius est. ibi ponens scor
tatores quondam et libidinosissimos post penitentiam. ubi
duplicata et triplicata matrimonia. nisi quod et ideo digami et
trigami dolere non debent. quidem scortator et penitens in reg
no celorum etiam virginibus adequantur. Proponam igitur manifestioribus
verbis et habentibus aliquam consequentiam argumenta eius et exem
pla de nuptiis. eodemque ordine omnia quo ab eo dicta sunt digeram.
Nec molestum sit lectori si nauseam ei et vomitum legere compellatur.

Libentius antidotum Christi bibite · cum diaboli uenena praecesserint · Audite
patienter uirgines · audite quaeso uoluptuosissimum concionatorem · Im
mo quasi Sirenarum cantus et fabulas clausa aure transite · Ut asser
te paulisper iniurias · putate uos cum domino crucifixas · pharisaeorum
audire blasphemias · SENTENTIA IOVINIANI ·

Prima inquit dei sententia est · Propter quod dimittet homo patrem
et matrem suam · et adherebit uxori suae · et erunt duo in carne
una · Ac ne forsitan diceremus hoc scriptum in ueteri testamento ·
asserit a domino quoque id ipsum in euangelio confirmari · Quod deus con
iunxit · homo non separet · Statimque subiecit · Crescite et multipli
camini · et replete terram · Et per ordinem replicat Seth · Enos · Cainan ·
malalehel · iareth · enoch · matusalam · lamech · noe · omnes
habuisse uxores · et ex dei sententia filios procreasse · quasi ge
nerationis ordo et historia conditionis humanae sine coniu
gibus et liberis potuerit enarrari · Iste est inquit enoch · qui am
bulauit cum deo · et raptus est in caelum · Iste est noe · qui cum essent utique mul
ti uirgines propter aetatem · solus cum filiis et uxoribus naufrago orbe
seruatus est · Rursus post diluuium quasi altero principio gene
ris humani uirorum uxorumque paria iunguntur · et ex integro generati
onis instauratur benedictio · Crescite et multiplicamini et reple
te terram · Insuper etiam comedendarum carnium licentia relaxatur ·
Et omne quod mouetur uobis erit in escam · sicut holera herbarum dedi uobis
uniuersa · Currit ad abraham · isaac · et iacob · e quibus prior
trigamus · secundus monogamus · tertius quatuor uxorum est · liae · rachel ·
balae · et zelphae · Et asserit abraham ob fidei meritum benedictio
nem in generatione filii suscepisse · saram in typo ecclesiae cum defe
cerant muliebria maledictionem sterilitatis partus benedictio
ne mutasse · Quod rebecca ierit quasi prophetes interrogare dominum ·
et audierit ab eo · duae gentes et duo populi in utero tuo · Quod iacob

in uxore seruierit. & existimante rachel uiri esse dare liberos ac di-
cente da mihi filios. sin autem moriar. responderit. Numquid pro deo
ego sum qui te conclusit. Intantum inquit sciebat fructus nuptiarum
esse dei non mariti. Quod ioseph uir sanctus atque castissimus & omnes patriarche
uxores habuerint. quibus equaliter per moysen benedicat deus. Iudam quoque pro-
ponit & thamar. & occisum aunan perstringit a domino. quia fratri inuidens sem-
nuptiarum opera perdebat. Moysen proponit & marie lepram que fratri
pro uxore detrahens. ilico diuina ultione percussa est. Laudat sansonem et uxo-
rium nazareum miris effert preconiis. Debboram quoque replicat. et
barach quod absque uirginitatis bonis sisaram et iabin et currus ferreos
debellarint. Iahel uxorem chaber cinei adducit in medium. et palo
armatam predicat manum. Inter iepte patrem & uirginem filiam que immolata
sit domino dicit nullam fuisse distantiam. quin potius fidem parentis prefert
ei que se flesa sit lugens. Uenit ad samuel alterum nazareum domini qui ab in-
fantia nutritus in tabernaculo est. et uestitus ephod bad. quod interpretatur
uestibus lineis. dicitque eum filios procreasse. nec sacerdotalem pudicitiam
imminutam esse complexu. Booz cum sua ruth in area collocat. et iesse ac da-
uid inde producit. ipsumque dauid ducentis preputiis & iam cum uite periculo
refert regis filie quesisse concubitum. Quid dicam de salomone quem ponens
in katalogo maritorum. imaginem asserit saluatoris. Et de illo uult
esse scriptum. Deus iudicium tuum regi da. et iustitiam tuam filio regis. Et da-
bitur ei de auro arabie & adorabunt pro eo semper. Ac repente transcendit
ad heliam & heliseum. et narrat quasi grande misterium. quod requieuerit spiritus
helie in heliseum. et cur hoc dixerit taceo. nisi forte heliam quoque et heliseum
habuisse arbitratur uxores. Transit ad ezechiam. et cum in eius laudibus immo-
retur. miror cur oblitus sit dicere. a modo filios faciam. Iosiam uirum iustissi-
mum sub quo in templo deuteronomium liber repertus est ab olda uxore sellum
instructum refert. Danielem quoque & tres pueros inter maritos nume-
rat. Et ad euangelium repente transcendens. zachariam et helisabeth

petrum ponens & socrum eius ceterosq; apostolos. Et consequenter infert dicens. Si autem noluerint assumere uanam defensionem & obtendere quod rudis mundus eguerit incremento. audiant paulum loquentem. Adolescentiores uiduas uolo nubere. & honorabiles nuptiae. & cubile inmaculatum. Et mulier alligata est uiro quandiu uir eius uiuit. Si autem uir mortuus fuerit. nubat cui uult tantum in domino. Et adam non est seductus. mulier autem seducta est in preuaricatione. Salua autem fiet per filiorum generationem. si permanserint in fide. & dilectione & sanctificatione cum sobrietate. Certe cessat hic illud apostolicum. & qui habent uxores sic sint. quasi non habeant. nisi forte dicetis propterea uult eas nubere quia iam quidam conuersae sunt retro post satanan. quasi ex uirginib; nulla cadat. et non sit earum maior ruina. Ex quo manifestum est uos manicheorum dogma sectari prohibentium nubere. & uesci cibis quos deus creauit ad utendum. cauteriatam habentium conscientiam. Et post multa quae nunc otiosum est reuoluere. excitat sese in locum rethoricum. & facit apostrofam ad uirginem dicens. Non tibi facio uirgo iniuriam. Elegisti pudicitiam propter presentem necessitatem. placuit tibi ut esses sancta corpore & spiritu. ne superbias. eiusdem ecclesiae membrum es. cuius & nuptiae sunt. HUCUSQ; IOUINIANUS. HINC IERONIMUS.

Nimius fortasse fuerim in expositione propositionum eius. et legenti fastidium fecerim. Sed utile ratus sum cuncta uolumina eius quasi instructam aciem contra me ponere. & totum hostilem exercitum cum suis turmis ac ducib; congregare. ne post primam uictoriam alia mihi deinceps proelia nascerentur. Igitur non dimicabo contra singulos. nec paucorum ero passim congressione contentus. toto certandum est agmine. & incompositi hostium cunei & iam latrocinii more repugnantes. instructa & ordinata acie repellendi. Opponam in prima fronte apostolum paulum. et quasi fortissimum ducem suis [id est suis] telis armabo sententiis. Sciscitantib; enim super hac questione chorinthiis plenissime respondit. Doctor gentium & magister ecclesiae quicquid

statuerit. hoc xpi in illo loquentis legem putem. simulque ne lec
toris tacita cogitatio cum ceperim singula que posita sunt dilue
re semper ad apertum se reseruet. & studio ualidissimarum questionum
priora neglegens. ad extrema festinet. Inter cetera chorinthii
per litteras quesierant utrum post fidem xpi celibes esse deberent
& continentie causa quas habebant uxores dimitterent. an si
uirgines credidissent. inirent matrimonia. et cum e duobus ethni
cis unus credidisset in xpm. utrum non credens relinqueret non creden
tem. & si essent ducende uxores. xpianas tantum accipi iuberet. an &
ethnicas; Videamus igitur quid ad hec paulus rescripserit.
De his autem que scripsistis mihi. bonum est homini mulierem non tangere.
Propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat. & una
queque uirum suum habeat. Uxori uir debitum reddat. similiter & u
xor uiro. Uxor proprii corporis non habet potestatem sed uir. Si
militer & uir corporis sui non habet potestatem sed uxor. Nolite
fraudare inuicem. nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis oratio
ni. & iterum reuertimini in idipsum. ne temptet uos satanas
propter incontinentiam uestram. Ego autem dico iuxta indulgentiam.
non iuxta imperium. Uolo enim omnes homines esse ut meipsum.
Sed unusquisque proprium habet donum ex deo. Alius quidem sic. alius
autem sic. Dico autem innuptis & uiduis. bonum est eis. si sic permanserint
ut ego. Si autem non se continent. nubant. Melius est enim nubere quam
uri; Revertar ad caput testimonii. Bonum est inquit homini muli
erem non tangere. Si bonum est mulierem non tangere. malum er
go est tangere. Nihil enim bono contrarium est. nisi malum. Si autem
malum est & ignoscitur. & ideo conceditur ne malo quid deterius fiat.
Quale autem illud bonum est quod condicione deterioris conceditur.
Numquam enim subiecisset. unusquisque uxorem suam habeat. nisi premi
sisset. propter fornicationem autem. Tolle fornicationem et non dicet. unusquisque

uxorem suam habeat. Vel ut si quis definiat. Bonū ē triticeo
uesci pane. et edere purissimā similam. Tamen ne quis conpulsus
fame comedat stercus bubulum. concedo ei ut uescat& orde
um. Nūquid idcirco frumentū non habebit puritatē suam si
fimo ordeum preferat. Bonum ē illud naturaliter. qd cōpara
tionē non habæ mali. qd prelatione alterius non obumbratur.
Simulq; animaduertenda apti prudentia. Non dixit bonū est
uxorē nō habere. sed bonum ē mulierem non tangere. quasi et in
tactu periculū sit. quasi qui illā tetigerit nō euadat. Que uirorū
pretiosas animas capit. que facit adolescentium euolare corda.
Alligabit quis ignem et non conburet. Aut ambulabit sup carbones
ignis & non ardebit. Quomodo qui ignem tetigerit statim ad
uritur. Ita uiri tactus et feminę sentit naturam suā. et diuersitatē
sexus intellegit. R. Narrant & gentilium fabulę mithram et erich
tonium uel in lapide ł in terra de solo aestu libidinis ēē generatos.
Unde & nr̄ ioseph quia tangere illū uolebat ęgiptia. fugit e manibus
eius. et quasi ad morsū rabidissimę canis ne paulisp uirus serperæ.
pallium qd tetigerat abiecit. Propter fornicationē aut unusquisq;
uxorē suam habeat. & unaqueq; uirū suū habeat. Non dixit ppt for
nicationē unusquisq; ducat uxorē. Alioquin hac excusatione li
bidinis frena laxassæ. ut quotiescūq; uxor moritur. toties ducenda
sit alia. ne fornicetur. sed unusquisq; suā uxorē habeat. Suā inquit
habeat. sua utatur. qua habebat ante quā crederet. Quā bonū erat nō
tangere. et post fidem xpi sororē tantū nosse nō coniugē nisi fornicatio
tactu eius excusabilem facerę. Uxor ppri corporis nō hab potestatem
sed uir. Similit et uir corporis sui nō hab potestatem. sed uxor. Omis
hic questio de his est qui in matrimonio sunt. an eis liceat uxores di
mittere. Qd et dn̄s in eugl̄io phibuit. Unde & apts bonū ē ait homini
uxorē non tangere. Sed quia qui semel duxit uxorē nisi ex consensu

H

se non valet abstinere nec dare repudium non peccanti. reddat
coniugi debitũ quia sponte se alligavit ut reddere cogeret.
Nolite fraudare invicem nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis
orationi. R TEMPUS QUO ORARE NON LICET. Oro te quale illud
bonum ē qđ orare ꝓhibet. qđ corpus xpi accipere non ꝑmittit.
quamdiu impleo mariti officium. non impleo continentis. iubet
idem apts in alio loco ut semꝑ oremus. Si semꝑ orandum ē. num
quā ergo coniugio serviendum. quiā quotiescūq; uxori debitū
reddo. orare non possum. Petrus apts experimtū habens coniuga
lium vinculoꝝ. vide quomodo informet ecctam. quid doceat xpi
anos. Similit viri cohabitantes iuxta conscientiā quasi infirmi
ori vasculo muliebri tribuentes honorē. et sicut coheredes mul
tiplicis gratie. ut non impediantur orationes vrē. Ecce eodem sensu.
quia eodē et spū impediri dicit orationes officio coniugali. Quod
autē ait similiter. idcirco ad imitationē ꝓvocavit viros. quia iam
supra uxorib; pceperat dicens. ut videant viri in timore castā
conversationē vrām. quarū sit. non exterius cōpositio crinium
et distinctio auri et in cultu vestis ornatus. sed absconditus cor
dis homo in incorruptione mitis et silentis spš. hoc ē corā dō
placens. Cernis quale coniugium inter viros uxoresq; pcipiat.
cohabitantes iuxta scientiam. ut noverint quid velit quid desi
deret ds. et tribuant honorē vasculo muliebri. Si abstinemus
nos a coitu. honorē tribuimus uxoribus. Si non abstinemus. ꝑspi
cuum ē honori contrariā ee contumeliam. Ad uxores quoq; ut vi
deant inquit viri castam conversationē vrām et ornatu in abscondi
to cordis hominis in incorruptione mitis et silentis spš. O vere dig
na vox apto et petra xpi. Maritis uxorib; q; dat legē. et damnato
carnis ornatu. castitatē pdicat. et ornatu interioris hominis
in incorruptione mitis et silentis spš. quodāmodo hoc dicens.

Qm̄ exterior ur̄ homo corruptus ē & beatitudinem incorrup
tionis que proprie uirginum ē habere desistis. imitamini incor
ruptionē spīs saltem p serā abstinentiam. et quod corpore non
potestis. mente prestate. Has enī diuitias xpc̄ et hos uestre con
iunctionis querit ornatus. Uerum ne quis putet ex eo qđ sequitr. ..
ut uacetis orationi & iterū adipsū. aptm hoc uelle. & n̄ propter idipsū
maiorem ruinā concedere. statim infert. Ne tēptet uos satanas
ppter incontinentiā urām. Pulchra nimirū indulgentia. &
iterū ad idipsum qđ erubescit suo uocare nomine. qđ tēptati
oni pfert satane. qđ causam hab& incontinentiā. laboramus
quasi obscurū disserere cū exposuerit seipse qui scripsit. Hoc
aūt inquit dico iuxta indulgentiā. non iuxta imperium. Et
musitamus adhuc nuptias non uocare indulgentiam. sed pcep
tum. Quasi n̄ eodē m̄ & secda & tertia matrimonia concedantr. qsi n̄ &
fornicatorib; p penitentiā fores aperiantr eccle. qđq; his & maius
incestis. Nā illū uiolatorē nouerce quem in prima ad corinthios tra
diderat satane in interitū carnis ut sps saluus fier&. in secda retrahit.
& ne abundantiori tristitia absorbeatr frat. laborat. Aliud ē uelle
quid aptm. aliud ignoscere. Inuoluntate pmererim. inuenia abuti
mur. Uis scire quid uelit apts. iunge qđ sequitr. Uolo autē omīs homi
nes ēē ut meipsū. Beatus qui pauli similis fuerit. Felix qui audit a
ptm pcipientē n̄ ignoscentē. Hoc inquit uolo hoc desidero ut imita
tores mei sitis sicut & ego xpi. Ille uirgo de uirgine. de incorrupta in
corruptus. nos quia homines sum9 & natiuitatē saluatoris non possum9
imitari. imitem saltim conuersationē. Illud diuinitatis ē. & beati
tudinis. hoc humane conditionis ē & laboris. Uolo omīs homines
similes mei ēē. ut dū mei similes sunt. similes fiant & xpi. cui ego simi
lis sū. Qui enī in xpō credit. deb& sicut ille ambulauit & ipse ambulare.
Sed unusquisq; pprium ht donū ex dō. alius quidē sic. alius autē sic.

Quid inquit. In precepto gratia. in indulgentia. in remissio coronat.
Quod precepit. notat ad penitentiam. Quod relaxat. ibi summa actionis est
poenam euadere. Hic coronam adeptum fuisse. res debiti diuersis
itineribus, indulgentia currat et gratia; uelim perspicuum est; Sed quoniam
in ecclesia diuersa sunt dona. concedo et nuptias. ne uidear dampnare
naturam. Simulque considera. quod aliud donum uirginitatis sit. aliud
nuptiarum. Si enim eadem esset merces nuptiarum et uirginum. numquam
dixisset post preceptum continentie. Sed unusquisque proprium habet
donum ex deo. alius quidem sic. alius autem sic. Ubi proprietas singulorum est.
ibi alterius secus diuersitas. Concedo et nuptias esse dei donum.
sed inter donum et donum magna diuersitas est. Denique et apostolus de
eodem post incestum penitente contrario inquit. Donate ei
et consolamini. Et si cui quid donastis. et ego. Ac ne putaretur
donum hominis contempnendum. addidit. Nam et ego quod donaui
si quid donaui. propter uos. in conspectu xpisti. Diuersa sunt xpisti dona.
Unde et ioseph in typo eius uaria habebat tunica. Et in psalmo
xlmo iiiito legimus. Adstitit regina a dextris eius in uestitu deaurato.
circumdata uarietate. Et petrus apostolus. sicut coheredes ait
multiplicis gratie. Quod significantius grece dicitur ποικιλης.
id est uarie. Sequitur. Dico autem innuptis et uiduis. bonum est eis
si sic permanserint ut ego. Si autem non se continent. nubant.
Melius est nubere. quam uri. Postquam nuptiis concesserat usum con
iugii. et ostenderat se quid uellet. quidue concederet. tran
sit ad nuptas et uiduas. et supponit exemplum. et felices uo
cat si sic permanserint. Si autem non se continent nubant. id ip
sum quod supra. propter fornicationes autem. et ne temptet uos satanas
propter incontinentiam uestram. Redditque causam cur dixerit. si non
se continent nubant. Melius est enim nubere. quam uri. Id est me
lius est nubere. quam peius est uri. Tolle ardorem libidinis.

et non dicit melius est nubere. Melius semper ad comparationem
deterioris respicit. non ad simplicitatem incomparabilis per
se boni. uelut si dicatur. Melius est unum oculum habere. quam
nullum. Melius est uno inniti pede. et alteram partem corporis
sustentare baculo. quam fractis cruribus repere. Quid agis
apostole. Non tibi credo dicenti. Et si imperitus sermone. non
tamen scientia. Quomodo illud de humilitate descendit. qui
non sum dignus uocari apostolus. et mihi minimo omnium apostolorum.
et tanquam abortiuo. Sic et hoc humilitatis dictum puto.
Nosti sermonum proprietates. quamobrem et de epimenide et de
menandro et de arato. quaedam sumis testimonia. Ubi
de continentia loqueris et uirginitate. bonum est ais homini
mulierem non tangere. et bonum est eis si sic permanserint ut
ego. Et puto hoc bonum esse propter instantem necessitatem. Et quia
bonum est homini sic esse. Ubi ad nuptias uenis. non dicis bonum est
nubere. quia non potes iungere quam uri. sed dicis. melius est nube
re quam uri. Si per se nuptiae bonae sunt. noli illas incendio compa
rare. sed dic simpliciter. bonum est nubere. Suspecta est mihi bo
nitas eius rei. quam magnitudo alterius mali malum esse co
git inferius. Ego autem non leuius malum. sed simplex per se bonum
uolo. Huc usque primum capitulum edisertum est. ueniamus ad sequen
tia. His autem qui in matrimonio iuncti sunt. praecipio non ego
sed dominus. uxorem a uiro non discedere. quod si discesserit. mane
re innuptam. aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem non
dimittat. Illa ceteris. ego dico non dominus. Si quis frater uxorem habet
infidelem. et haec consenserit habitare cum illo. non dimittat illam.
et cetera usque ad eum locum ubi ait. unusquisque sicut uocauit eum
deus ita ambulet. et sic in omnibus ecclesiis doceo. Hic locus. ad praesentem
controuersiam non pertinet. Docet enim iuxta sententiam domini uxo
rem

excepto causa fornicationis non repudiandam · et repudia
tam uiuo marito alteri non nubere · aut certe uiro suo debere
reconciliari · His autem quos in matrimonio deprehendisset fides.
hoc est si unus credidisset e duobus · praecepit ne credens repudiet non
credentem. causisque expositis quod candidatus fidei sit, infidelis si nolit
a credente discedere. e contrario iubet si infidelis repudiet
fidelem propter fidem christi discedere debere credentem. nec con
iugem praeferre christo cum etiam anima postponenda est · At nunc plerique
contemnentes apostoli iussionem iunguntur gentilibus; et templa christi
idolis prostituunt · nec intellegunt se eius corporis partem cuius
et costae sunt; Ignoscit apostolus infidelium coniunctioni quae haben
tes maritos in christum postea crediderunt. non his quae cum christianae es
sent nupserunt gentilibus; ad quas alibi loquitur · Nolite iugum
ducere cum infidelibus; Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate.
aut quae societas luci ad tenebras. quae autem conuentio christi et be
lial. aut quae pars fideli cum infidele. qui autem consensus templo
dei cum idolis. Vos enim estis templum dei uiui; Licet in me saeuituras
sciam plurimas matronarum. licet eadem inpudentia qua dominum
contempserunt inpulicem me et christianorum minimum debacca
turas tamen dicam quod sentio. loquar quod me apostolus docuit. non
illas iustitiae esse sed iniquitatis. non lucis sed tenebrarum. non christi sed
belial. non templa dei uiuentis. sed fana et idola mortuorum. Vis
apertius discere. quod christianae omnino non liceat ethnico nubere.
Audi eundem apostolum · Mulier inquit alligata est quanto tempore uir
eius uiuit · quod si dormierit uir eius. liberata est. cui uult
nubat tantum in domino id est christiano; Qui secundas nuptias tertiasque con
cedit in domino. primas cum ethnico prohibet. Unde et abraham
adiurat seruum in femore suo hoc est in christo. qui de eius erat se
mine nasciturus. ut filio suo isaac alienigenam non adducat

uxorem. Et esdras offensam di huiuscemodi uxorũ repudiatione
conpescit. Et malachias propheta. Preuaricatus ẽ inquit iudas
& abhominationẽ fecit isrl & in hirlm. Polluit enim scm dni. et dilexit
et habuit filiam di alieni. Disp dat dns uirũ qui fecerit hoc. magis
trum & discipulũ de tabernaculis iacob. & offerentẽ munera dno
uirtutũ. Haec iccirco dixi. ut qui nuptias uirginitati cõparant.
sciant saltẽ tales nuptias digamię & trigamię subiciendas. Ad supe
riorem disputationẽ in qua docuerat fidelem ab infideli ñ debe
re discedere. sed permanere in matrimonio sicut eos inuenisset fides.
& unumquemq; uel celibem ł maritũ in ita durare. ut esset xpi baptis
mate dephensus. infert subito parabolas circũcisi & ethnici. serui
& liberi. et sub metafora earũ. de nuptis disputat & innuptis.
Circumcisus aliquis uocatus ẽ ñ adducat preputium. In pputio uo
catus ẽ. non circũcidat. Circũcisio nihil ẽ. & pputium nihil ẽ.
sed obseruatio mandatorũ di. Unusquisq; in qua uocatione uoca
tus ẽ in ea permaneat. Seruus uocatus es. non sit tibi curę. sed
si potes liber fieri magis utere. Qui enim in dno uocatus ẽ seruus.
libertus ẽ dni. Similit qui liber uocatus ẽ. seruus ẽ xpi. Pretio
empti estis. nolite fieri serui hominũ. Unusquisq; in quo uoca
tus ẽ frat. in eo permaneat apud dm. Ac primũ quę nonnullos
hanc intellegentiam repħensuros arbitror. interrogare lib&
quę sit consequens sententia ut de maritis & uxorib; disputans.
repente transir& ad comparationẽ iudei & ethnici. serui et li
beri. Et rursum hac disputatione finita. redir& ad uirgines
dicens. De uirginib; autẽ pceptũ dni non habeo. Quid sibi uult in
ter coniugia & uirginitatẽ. iudei & hethnici. serui liberiq;
conlatio. Scdo. quomodo possit intellegi. circũcisus aliquis
uocatus ẽ. non adducat pputiũ. Nunquid qui semel amputatũ
hab& pputiũ. potest si uelit rursus illud adducere. Deinde
quo sensu exponendũ sit. qui enim in dno uocatus ẽ seruus.
libertus ẽ dni. similit qui lib uocatus ẽ. seruus ẽ xpi. Quar
to. quomodo ille qui pcepit. seruite dominis carnalibus. nũc
dicat. nolite fieri serui hominũ. Ad extremũ quid perti
neat ad seruitutẽ ł circũcisionẽ. unusq; in quo uocatus
ẽ frater. in eo pmaneat apud dm. Nam et contrariũ ẽ

hierlm

superiori sententie. Si enim audimus illum. nolite fieri servi
hominum. qua ratione possumus in ea permanere vocatione
qua vocati sumus. cum multi crediderint habentes carnales dominos.
quibus nunc servire prohibentur. Porro ad circumcisionem quid facit permanere
in ea vocatione in qua vocati sumus. cum in alio loco idem
apostolus clamitet. ecce ego paulus dico vobis. quoniam si circumcidamini.
christus vobis nihil proderit. Restat igitur ut circumcisio et preputium
servus et liber superiori sensui coaptentur. et de antecedentibus pendeant.
Circumcisus aliquis vocatus est. non adducat preputium. Eo
inquit tempore quo vocatus es et credidisti in christum. si circumcisus
vocatus es ab uxore et celebs erat. noli ducere uxorem. hoc est noli
adducere preputium. ne circumcisionis et pudicitie libertatem
oneretis sarcina nuptiarum. Rursum si in preputio quis vocatus est. non
circumcidatur. Habebas inquit uxorem cum credidisti. noli fidem christi
causam putare discidii. quoniam in pace nos vocavit deus. Circumcisio nihil
est et preputium nihil est. sed observatio mandatorum dei.
Nihil enim prodest absque operibus celibatus et nuptie. cum etiam fides
que proprie christianorum est. si opera non habuerit. mortua esse dicatur.
et hac lege virgines quoque veste et iunonis univire in sanctarum
queant ordine numerari. Unusquisque in qua vocatione vocatus est. in ea permaneat.
Quando credidit sive habebat sive non habebat
uxorem. in eo permaneat quo vocatus est. Ac per hoc non tam virgines
cogit ut nubant. quam repudia prohibet. Et sicut habentibus
uxores tollit licentiam dimittendi eas. sic virginibus nubendi
amputat facultatem. Servus vocatus es. non sit tibi cure. sed et si potes
liber fieri. magis utere. Etiam si habes inquit uxorem et illa alligatus
es. et solvis debitum et non habes tui corporis potestatem. atque ut manifestius
loquar. servus uxoris es. noli propter hoc habere tristitiam.
nec de amissa virginitate suspires. sed etiam si potes causas aliquas
invenire discidii ut libertate pudicitie fruaris. noli salutem
tuam cum alterius interitu querere. habeto paulisper uxorem
nec precurras morantem. expecta dum sequitur. Si egeris patienter.
coniux mutabitur in sororem. Qui enim in domino vocatus est servus. libertus
est domini. Similiter qui liber vocatus est. servus est christi. Reddit
causas cur nolit uxores deseri. Idcirco ait precipio ut in christum de

gentilitate credentes. inita ante fidem matrimonia non relinquant.
quia qui uxorem habens credidit. non tanto diservitio detinetur.
quanto uirgines et innuptae. Sed quodammodo est liberior. et seruitu
tis illi frena laxantur. et domini uxoris est seruus ut ita dicam liber est domini.
Porro qui uxorem non habens credidit. et liber a seruitute coniugii
uocatus est a domino. iste uere seruus est christi. Quanta felicitas non uxoris
seruum esse sed christi. non carni seruire. sed spiritui. Qui enim adheret domino.
unus spiritus est. Ac ne forsitan in eo quod supra dixerat seruus uocatus
es non sit tibi curae. sed et si potes liber fieri magis utere. suggillasse
continentiam uideretur. et in famulatum tradidisse nos coniugium.
infert sententiam quae omnem cauillationem amputat. Pretio empti
estis. nolite fieri serui hominum. redempti sumus pretiosissimo christi
sanguine. immolatus est agnus pro nobis. et aspersi calidissimo ro
re ysopi omnem pituitam noxiae uoluptatis excoximus. Quibus
in baptismate mortuus est pharao. et uniuersus eius suffocatus exer
citus. cur rursum aegiptum querimus. et post manna angelorum cibos
allia et cepe. pepones et carnes uarias suspiramus. Maritorum
et continentium disputatione permissa. tandem ad uirgines uenit
et ait; De uirginibus autem praeceptum domini non habeo. consilium autem do
tanquam misericordiam consecutus a domino ut sim fidelis. Existimo ergo
hoc bonum esse propter instantem necessitatem; Hinc aduersarius tota exul
tatione baccatur. hoc uelut fortissimo ariete uirginitatis mu
rum quatiens. Ecce inquit apostolus profitetur de uirginibus domini se
non habere praeceptum. et qui cum auctoritate de maritis et uxoribus
iusserat. non audet imperare quod dominus non praecepit. Et recte. Quod
enim praecipitur. imperatur. Quod imperatur. necesse est fieri. Quod necesse est
fieri. nisi fiat poenam habet. Frustra enim iubetur. quod in arbitrio eius
ponitur cui iussum est. Si uirginitatem dominus imperasset. uidebatur
nuptias condempnare. et hominum auferre seminarium. unde et
ipsa uirginitas nascitur. Si praecidisset radicem. quomodo fruges quere
ret. nisi ante fundamenta iecisset. qua ratione edificium extru
eret et operturum cuncta desuper culmen imponeret. Multo labo
re fossorum subuertuntur montes. terrarum pene inferna pene
trantur. ut inueniatur aurum. Cumque de granis minutissimis prius con
flatione fornacis. deinde callida artificis manu fuerit monile

conpactum. non ille beatus uocatur qui de luto excreauit aurum.
sed qui aurum uicit pulcritudine. Nolo igitur admirari si inter titil-
lationes carnis & incentiua uitiorum angelorum uitam non exigimus
sed docemus. Quia ubi consilium datur. offerentis arbitrium est. ubi pre-
ceptum. necessitas seruitutis. Preceptum inquit domini non habeo.
consilium autem do. tanquam misericordiam consecutus a domino. Si in-
habes preceptum domini. quare audes dare consilium. de quo non habes
iussionem. Respondebit mihi apostolus. Et uis ut ego iubeam quod dominus
obtulit potius quam precepit. Ille creator & figulus sciens fragili-
tatem uasculi quod operatus est. uirginitatem in audientis potestate
dimisit. & ego doctor gentium qui omnibus omnia factus sum ut omnes
lucrifacerem. onus perpetue castitatis statim in principio creden-
tium inponam ceruicibus infirmorum. Discant prius ferias nup-
tiarum. uacent ad tempus orationi. ut accepto gustu pudicitie sem-
per habere desiderent. quo ad modicum delectati sunt. Dominus temptatus
a phariseis utrum secundum legem moysi uxores liceret dimittere. omnino
fieri prohibuit. Quod discipuli considerantes. dixerunt ei. Si talis causa
est hominis cum uxore. non expedit nubere. Quibus ille respondit. Non
omnes capiunt uerbum. sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi. qui de u-
tero matris ita nati sunt. Et sunt eunuchi qui eunuchizati sunt
ab hominibus. Et sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum celorum.
Qui potest capere capiat. In propatulo est cur apostolus dixerit. de uirginibus
autem preceptum domini non habeo. profecto quia premiserat dominus. non omnes
capiunt uerbum sed quibus datum est. et qui potest capere capiat.
Proponit agonothetes premium. inuitat ad cursum. tenet in manu uir-
ginitatis BRABION. ostendit purissimum fontem & clamitat. Qui sitit
ueniat & bibat. qui potest capere capiat. Non dicit uelitis nolitis
bibendum uobis est atque currendum. sed qui uoluerit qui potuerit
currere atque potare. ille uincet & ille satiabitur. Et ideo plus amat uir-
gines christus. quia sponte tribuunt. quod sibi non fuerat imperatum.
R Maiorisque gratie est offerre quod non debeas. quam reddere quod exigeris.
Apostoli uxoris onere contemplato. si talis est inquiunt causa hominis
cum uxore. non expedit nubere. Quorum dominus sententiam probans.
recte quidem ait sentitis quod non expediat homini ad celorum
regna tendenti accipere uxorem. sed difficilis res est. & non omnes

capiunt uerbū istud. uerū quibus datū ē. Alios eunuchos natura
facit. alios uis hominū. Mihi illi eunuchi placent. quos castra
uit non necessitas. sed uoluntas. Libenter illos in meos recipio
sinus. qui se castrauer̄ ppt̄ regna celorū. & ob meum cultū nolue
runt ēē qđ nati sunt. Simulq; tractanda sententia. Qui se inquit
castrauerunt propter regna celoꝝ. Si castrati mercedem habent
regna celorum. ergo qui se non castrauer̄. locū n̄ possunt accipe
re castratoꝝ. Qui potest inquit capere capiat. Grandis fidei ē
grandisq; uirtutis dī templū ēē purissimum. totū se holocaustum
offerre dō. & iuxta eundem aptm ēē scm & corpore & spū. Hi sunt
eunuchi qui se lignū aridū ob sterilitatē putantes. audiunt per
isaiam qđ p̄ filiis & filiab; locū habeant in celis paratū. Horum
typus ē abdemelech eunuchus in hierem̄ia. & spado ille regine
candacis in actib; aptoꝝ. qui ob robur fidei uiri nomē obtinuit.
Ad hos & clemens successor apti petri cui paulus meminit scribit
eptas. omneq; pene sermonē suum de uirginitatis puritate conte
xit. & deinceps multi aptici & martires & illustres tam inscitate
quā in eloquentia uiri. quos ex propriis scriptis nosse p facile est.
Existimo inquit hoc bonum ēē propt̄ instantē necessitatē. Que ē
ista necessitas que spreto uinculo coniugali uirginitatis appetit
libtatē. Ue pregnantib; & nutrientib; in illo die. Non hic scorta
non lupanaria condempnantur. de quoꝝ dāpnatione nulla
dubitatio ē. sed uteri tumentes & infantū uagitus. & fructus atq;
opera nuptiarū. Qm̄ bonū ē homini sic ēē. Si bonū ē homini sic
ēē. malū ē ergo homini sic n̄ ēē. Alligatus es uxori. noli querere solu
tionē. Solutus es ab uxore. noli querere uxorē. Habet unusquisq;
nrm terminos suos. Redde mihi meū. & tu tene tuū. Si alligat̄
es uxori. ne illi des repudium. Si solutus sū ab uxore. n̄ queram
uxorē. Ut & ego non soluo coniugia. si semel ligata sunt. ita tu n̄
liges qđ solutū ē. Simulq; significantia consideranda uerborū ē.
Qui uxorē habet. et debitor dicit̄ et ēē in p̄putio. et seruus uxoris.
et qđ maloꝝ seruoꝝ ē alligatus. Qui aut̄ sine uxore ē. primum
nullius debitor. dein circūcisus. tertio liber. ad extremum
solutus. Curramus p reliqua. neq; enī nos patit̄ magnitudo uolu
minis diutius in singulis immorari. Si aut̄ acceperis uxorem

non peccasti. Aliud est non peccare. Aliud bene facere. Et si nupse
rit uirgo non peccauit. Non illa uirgo que se semel dei cultui de
dicauit. harum enim si qua nupserit habebit damnationem. quia pri
mam fidem irritam fecit. Si autem hoc de uiduis dictum obiecerit. quan
to magis de uirginibus preualebit. cum etiam his non liceat quibus ali
quid olicuit. Virgines enim que post consecrationem nupserint. non tam
adultere sunt quam inceste. Ac ne uideretur ex eo quod dixerat. et si
nupserit uirgo non peccauit. rursum celibes ad nuptias prouoca
re. statim se refrenauit et aliud inferendo infirmauit quod
concesserat dicens. Tribulationem tamen habebunt huiusmo
di. Qui sunt isti qui tribulationem carnis habebunt. Quibus supe
rius indulserat. Si acceperis uxorem non peccasti. et si nupserit uir
go non peccauit. tribulationem inquit carnis habebunt huiusmo
di. Nos ignari rerum putamus nuptias saltim carnis habere letitiam.
Si autem nubentibus in carne tribulatio est in qua sola uidebantur habere
delitias. quid erit reliquum propter quod nubant. cum et in spiritu et in
anima et in ipsa carne tribulatio sit. Ego autem uobis parco. Sic est autem
obtendo carnis tribulationem quasi non maiora sint propter quod nubere
non debetis. Igitur hoc dico fratres. tempus breue est. reliquum est ut et qui
habent uxores sic sint tanquam non habentes. Nequaquam iam de uir
ginibus disputo. quas nulla ambiguitas est esse felices. ad maritos ue
nio. tempus breue est. dominus prope est. Etiam si nongentis uiueremus
annis ut antiqui homines. tam breue putandum esset quod haberet
aliquando finem. et esse cessaret. Nunc uero cum breuis sit non tam letitia quam
tribulatio nuptiarum. quid accipimus uxores. quas cito cogimur
amittere. Et qui flent inquit et gaudent et emunt. et utuntur
hoc mundo. sic sint quasi non fleant. gaudeant. emant. utantur
hoc mundo. Preterit enim figura huius mundi. Si mundus transit
quo uniuersa cluduntur. immo figura et conuersatio huius mundi quasi
nubes preterit. inter cetera mundi opera et nuptie preteribunt.
Neque enim post resurrectionem coniugia. Si autem mors finis est nuptiarum
cur necessitatem non in uoluntatem uertimus. et quod inuitis extor
quendum est. cum spe premiorum offerimus deo. Qui sine uxore est.
sollicitus est que domini sunt. quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est sollici
tus est que sunt mundi quomodo placeat uxori. et diuisus est.

Intueamur curarum virginis maritaeque distantias. Virgo domino, maritus uxo
ri placere desiderat. et ut uxori placeat. sollicitus est de his quae sunt mun
di. quae cum mundo utique transitura sunt. Et divisus est in multas scilicet par
tes sollicitudinum miseriarumque distractus. Non est huius loci nuptiarum
angustias describere. et quasi in communibus locis rethorico exulta
re sermone. Plenius super hac re contra elvidium et in eo libro quem
ad eustochium scripsi arbitror absolutum. Certe et tertullianus dum
adhuc esset adolescens. lusit in hac materia. et praeceptor meus grego
rius virginitatem et nuptias disserens. grecis versibus explicavit.
Nunc illud breviter admoneo in latinis codicibus hunc locum ita legi.
Divisa est mulier et virgo. Quod quanquam habeat suum sensum et a me quoque
pro qualitate loci sic edissertum sit. tamen non est apostolicae veritatis. Siquidem
apostolus ita scripsit ut supra transtulimus. Sollicitus est quae sunt mun
di. quomodo placeat uxori. et divisus est. Et hac sententia definita
transgreditur ad continentes virgines et ait. Mulier innupta et vir
go. cogitat quae sunt domini ut sit sancta corpore et spiritu. Non omnis innupta
et virgo est. Quae autem virgo. utique et innupta. quanquam ob elegan
tiam dictionis potuerit idipsum altero verbo repetere. mulier
innupta et virgo. vel certe definire voluisse quid esset innupta
id est virgo. ne et meretrices putaremus innuptas. nulli certo ma
trimonio copulatas. Quid ergo cogitat innupta et virgo. Quae
domini sunt ut sit sancta corpore et spiritu. ut nihil aliud esset. ut nulla mer
ces amplior virginem sequeretur. sufficeret ei haec sola praelatio cogi
tare quae domini sunt. Statimque docet quae sit ipsa cogitatio. ut sit sancta
corpore et spiritu. Nonnullae quippe sunt virgines carne non spiritu.
quarum corpus integrum est. et anima corrupta. Sed illa virgini
tas hostia christi est. cuius nec mentem cogitatio. nec carnem libido ma
culaverit. E contrario quae nupta est cogitat quae sunt mundi.
quomodo placeat viro. Sicut qui uxorem habet sollicitus est quae sunt
mundi quomodo placeat uxori. sic nupta res mundi cogitat quomodo pla
ceat viro. Nos autem non sumus de hoc mundo qui in maligno positus est.
cuius figura praeterit de quo dicitur ad apostolos. Si essetis de hoc mundo.
amaret utique mundus quod suum erat. Ac ne forsitan putaretur
onus gravissimum castitatis nolentibus inponere. statim iungit
causas suadendi et ait. Hoc autem ad utilitatem vestram dico. non ut

laqueum uobis initiam. sed ad id quod honestum est. & intente facit
seruire dno absq; ulla distractione. Proprietatem graecam latinus
sermo non explicat. Quib; enim uerbis quis possit edicere.
ΠΡΟCΤΟ ΘΥCΧΗΜΟΝ ΚΑΙ ΘΥΠΑΡΕΘΡΟΝ ΤW ΑΙΠΕΡΙCΤΙΑΤΟC.
Unde & in latinis codicib; ob translationis difficultatem. hoc pe
nitus non inuenitur. Utamur igitur eo quo uertimus. Non impo
nit nob apls laqueum. nec cogit esse quod nolumus. sed suadet quod ho
nestum est & decorum. & intente facit seruire dno. & semp esse sollicitum
& expectare paratum dni uoluntatem. ut cum quid imperauerit quasi
strenuus & armatus miles statim impleat quod preceptum est. & hoc
[l. sollicitudine animi]
faciat sine ulla distentione quae data est secundum ecclesiasten hominib;
huius mundi ut distendantur in ea. Siquis autem considerat uirginem
suam. id est carnem lasciuire & ebullire in libidinem nec refrenare
se potest. duplexq; ei incumbit necessitas aut accipiende coniugis
aut ruendi. quod uult faciat. non peccat si ducat uxorem. faciat inquit
quod uult non quod debet. non peccat si ducit uxorem. non tamen benefacit
si duxerit. Nam qui statuit in corde suo firmus non habens necessi
tatem. potestatem tamen habet suae uoluntatis. & hoc iudicauit in corde
suo seruare uirginem suam. benefacit. Igitur & qui matrimonio
iungit uirginem suam benefacit. & qui non iungit. melius facit.
Significanter & proprie supradixerat. qui duxerit uxorem non peccat.
hic qui seruat uirginem suam benefacit. Aliud est autem non peccare.
aliud benefacere. Declina inquit a malo. & fac bonum. Illud decli
namus. hoc sequimur. In altero initium. in altero perfectio est. Uerum
ne me eo quod dixit. et qui matrimonio iungit uirginem suam. be
nefacit. estimet aliquis obseruationem nostram non stare. protinus hoc
ipsum bonum extenuat. & obumbrat conparatione melioris & dicit.
& qui non iungit. melius facit. Nisi illatiuus fuisset melius facit. num
quam praemisisset. benefacit. Ubi autem bonum & melius est. ibi boni &
melioris non unum est premium. Et ubi non unum premium. ibi utiq;
dona diuersa. Tantum est igitur inter nuptias & uirginitatem. quan
tum inter non peccare & benefacere. Immo ut leuius dicam. quan
tum inter bonum & melius. Finita disputatione coniugiorum & uir
ginitatis. & inter utrumq; cauto moderamine praeceptorum. ut nec
ad sinistram nec ad dexteram diuerteret. sed uia regia gradie
retur

et illud impleret. ne sis multum iustus. Rursum monogamiam diga
miae comparat. Et quomodo nuptias subdiderat uirginitati. ita
digamiam primis nuptiis subicit et ait. Mulier alligata est quan
to tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit uir eius liberata est.
cui uult nubat tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanse
rit secundum meum consilium. Puto autem quod et ego spiritum dei habeam.
Concedit secundas nuptias sed uolentibus; sed his quae se continere
non possunt. nec luxuriatae in christo nubere uelint. habentes
dampnationem quod primam fidem irritam fecerint. Et ob hoc conce
dit quia multae abierunt retro post satanan. Ceterum beatio
res inquit erunt si sic permanserint. Continuoque subiungit
apostolicam auctoritatem. secundum meum consilium. Porro ne auctori
tas apostoli quasi hominis leuior uideretur. addidit. Puto quod et
ego spiritum dei habeam. Ubi ad continentiam prouocat. ibi non homi
nis sed spiritus dei consilium est. Ubi autem nubendi concedit ueniam.
spiritum dei non nominat. sed prudentiae librat consilium. ita singu
lis relaxatis. ut unusquisque ferre potest. Iuxta hunc sensum omnia
illa accipienda. Nam quae sub uiro est mulier uiuente uiro alligata
est legi. Si autem mortuus fuerit uir soluta est a lege uiri. Igitur uiuente
uiro uocabitur adultera si fuerit cum altero uiro. Si autem mortu
us fuerit uir eius liberata est a lege uiri ut non sit adultera si fuerit cum
alio uiro. Et illud ad thimotheum. Volo ergo iuniores uiduas nubere. filios
procreare. matres familias esse. nullam occasionem dare aduersario maledic
ti gratia. Iam enim quaedam conuersae sunt retro satanam. et reliqua his si
milia. Quomodo enim uirginibus fornicationis periculum concedit nupti
as. et excusabile facit quod ipse non appetitur. Ita eadem fornicatio conce
dit uiduis secunda matrimonia. Melius est enim licet alterum
et tertium unum uirum nosse quam plurimos. Id est tolerabilius est
uni homini prostitutam esse quam multis. Siquidem et illa in euange
lio samaritana sextum maritum habere se dicens arguitur a domino
quod non sit uir eius. Ubi enim numerus maritorum est ibi uir qui
proprie unus est esse desistit. Una costa a principio in una uxore uer
sa est. et erunt inquid duo in carne una. non tres neque quatuor.
Alioquin iam non duo sed plures. Primus lamech sanguinarius
et homicida. unam carnem in duas diuisit uxores. fratricidium

et digamiam eadem cataclismi poena deleuit. de altero septies. de altero septu
agies septies uindicatum est. Quantu distant in numero. tantu et in cri
mine; Quam sca sit digamia. hinc ostenditur. quod digamus in clero
eligi non potest. Et idem apostolus ad thimotheum. Vidua inquit
eligatur sexaginta annoru que fuerit unius uiri uxor. Hic omne
pceptu de his e uiduis. que ecclesie pascuntur elemosinis. & idcirco
etas pscribitur. ut ille tantu accipiant pauperu cibos. que iam
laborare non possunt. Simulque considera quod que duos habuit
uiros etiam si anus e & decrepita & egens. ecclesie non meretur sti
pes accipere. Si autem panis illi tollitur elemosyne. quanto magis ille
panis qui de celo descendit. quem qui indigne comederit. reus erit
uiolati corporis & sanguinis xpi. Quamqua hec testimonia que
supra posui in quib; uiduis conceditur ut si uelint denuo nubant. qui
dam interpretantur sup his uiduis quas amissis maritis sic inuenerit
fides xpi. nec consequens esse ut apts post baptisma uiro mor
tuo iubeat alteri nubere. cu habentib; quoq; uxores preceperit
ut sic sint quasi non habentes. Et ob hanc causam non esse uxorum
numeru definitu. qr post baptisma xpi etiam si tertia et quarta
uxor fuerit quasi prima reputetur. Alioquin si post baptismu pri
mo mortuo accipitur scds. quare n scdo & tertio & quarto & quin
to mortuus accipiat sextus & reliqui. Potest enim accidere. ut
infelicitate quadam t iudicio di succedentes nuptias repetitas
adolescentula plures abiciat uiros. & anus primo marito in extre
ma etate uiduetur. Primus adam monogamus. scds adam agamus.
Qui digamiam pbant exhibeant tertium adam bigamu que sequan
tur. Veru fac ut concesserit paulus scda matrimonia. eade lege
& tertia concedit & et quarta & quotiescumq; uir moritur. Multa
compellitur apts uelle que n uult. Circumcidit timotheum. rasit
ipse caluitiu. nudipedalia exercuit. coma nutriuit. & totondit
in cenchris. Et certe castigauerat galatas. petruq; reprehenderat
quod se propter obseruationes iudaicas a gentib; separaret.
Quomodo igitur in ceteris eccle disciplinis iudeis iudeus. & het
nicis ethnicus. et omnib; omnia factus e ut omis lucrifaceret. sic
et digamia concessit incontinentib; nec nuptiaru numeru pfiniuit.
ut dum sibi uident mulieres ita post morte mariti scdm conce
di

ut tertius quartusque conceditur. erubescant alterum accipere. ne tri
gamis et quadrigamis comparentur. Ubi enim unus excedit. nihil
refert secundus an tertius sit. quia desinit esse monogamus. Omnia licent. sed
non omnia expediunt. Non dampno digamos immo nec trigamos &
si dici potest octogamos. Plus aliquid inferam. etiam scortatorem
recipio penitentem. Quicquid equaliter licet. equali lance pensandum
est. Sed quoniam adversarius noster retrahit testamentum. & incipiens ab adam ad
Zachariam & helisabeth pervenit. ac deinde opponit petrum & ceteros
apostolos. nos quoque debemus per eadem currere vestigia questionum. et do
cere castitatem semper nuptiis fuisse praelatam. et de adam quidem & eva
illud dicendum quod ante offensam in paradyso virgines fuerint. post
peccatum & extra paradysum protinus nuptiae. deinde quod hoc ipsum
interpretetur apostolus. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem
& adherebit uxori suae. & erunt duo in carne una. statimque sub
iungat. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in christo & in ecclesia.
Christus in carne virgo. in spiritu monogamus. unam enim habet ecclesiam. de
qua idem apostolus. Viri inquit diligite uxores vestras sicut & christus ecclesiam.
Si christus sancte. si caste. si absque ulla macula ecclesiam diligit. viri quoque in cas
titate uxores suas diligant. & sciat unusquisque vas suum possidere.
in sanctificatione & honore. non in passione desiderii sicut & gentes
que nesciunt deum. Neque enim vocavit nos deus in inmunditia sed in
sanctificatione. exuentes nos veterem hominem cum operibus eius. et indu
entes novum qui renovatur in cognitionem iuxta ymaginem creatoris sui
ubi non est grecus & iudeus. circumcisio & praeputium. barbarus & scy
ta. servus & liber. sed omnia et in omnibus christus. ymago creatoris. non ha
bet copulam nuptiarum ubi diversitas sexus aufertur. & veterem hominem
exuimur & induimur novo. Ibi in christum renascimur virginem qui et natus ex
virgine & renatus per virginem est. Quod autem ait crescite & multiplicamini
& replete terram. necesse fuit prius plantari silvam & crescere ut esset quod
deinceps possit excidi. simulque consideranda vis verbi. & replete ter
ram. Nuptiae terram replent. virginitas paradysum. Sed & hoc intuen
dum dumtaxat iuxta hebraicam veritatem quod cum scriptura in primo &
tertio & quarto & quinto & sexto die expletis operibus singulorum
dixerit. Et vidit deus quia bonum est. in secundo die hoc omnino subtraxit.
nobis intellegentiam relinquens. non esse bonum duplicem numerum

&

qui ab umore diluuii dat & p̄figurat federa nuptiarū. Unde & archa
noe omīa animalia quęcūq; bina ingrediunt̄ inmunda sunt. im
par numerus ē mundus. Quāquā in duplici numero ostendatur &
aliud sacramentū. qđ ne in bestiis quidē & in mundis auib; diga
mia conprobata sit. Bina enim & bina ingrediunt̄ inmunda. &
septenę quę munda sunt. ut haberet noe post diluuium qđ de
impari numero statim dō posset offerre. Si autē transfert̄ enohc
& seruatur in diluuio noe. non reor iccirco translatū enoch.
qđ uxorē habuerit. sed qđ primus inuocauerit dnm̄. & credi de
rit in creatorē de quo paulus apl̄s in ep̄ta ad hebreos plenissime
docet. Porro noe qui quasi secta radix humano generi seruatur.
utiq; cū uxore debuit & filiis reseruari. Quanquā in hoc misteri
um scripturarū sit. Archa illa iuxta apl̄m petrū typus ecclę fuit.
in qua octo animę saluę factę sunt. Quādo ingreditur in eam
noe tā ipse quā filii eius a suis separant̄ uxorib;. Quādo uō egredit̄
in terrā iungunt̄ paria. et qđ in archa in ecclā fuerat separa
tū. in mundi conuersatione sociat̄. Simulq; si archa plures habu
it mansiones & nidulos. & bicamerata et tricamerata & diuer
sas bestias. et p qualitate animalium habitationes q̄q; ł maiores
ł minores. aestimo qđ diuersitas illa mansionū p̄figurauerit
ecclę uarietatē. Qđ autē nobis obicit in secunda dī benedictione
comedendarū carnium licentiam datā quę in prima concessa
n̄ fuerat. sciat quomodo repudium iuxta eloquium saluato
ris ab initio n̄ dabat̄. sed p̄p̄t duritiā cordis n̄ri p moysen hu
mano generi concessū ē. sic et esū carniū usq; ad diluuium
ignotum fuisse. Post diluuiū autē quasi in heremo murmuran
ti poplo coturnices ita dentib; nostris neruos & uirulentias
carnis ingestas. Docet apl̄s scribens ad ephesios dm̄ pposuisse in
adinpletione tēporū recapitulare omīa. et ad principium
retrahere in xp̄o ihū quę sunt sup caelos & super terram. unde &
ipse saluator in apocalipsi iohannis. ego sū inquit alpha & ω.
initium & finis. Ab exordio conditionis humanę nec carni
bus uescebamur. nec dabamus repudium. nec p̄putia nobis
eripiebant̄ in signū. Hoc cursu ad diluuium usq; peruenimus.
Post diluuium autē cū datione legis quā implere nullus potuit

carnes ingeste sunt ad uescendū. & repudii concessa duritia. & cultel
lus circūcisionis adpositus quasi dī manus plus in nobis creauerint
quā necesse ē. Postquā autē xp̄c uenit in fine tēporū. & ω reuoluit ad
alfa. & extremitatē retraxit ad principium nec repudium nobis
dare pmittit. nec circūcidimur nec comedim⁹ carnes dicente a
p̄to. Bonū ē uinū non bibere. & carnes non comedere. Et uinū eni
cū carnib; post diluuium dedicatū ē. Quid loquar de abraham
ut ipse adserit trigamo qui signū fidei in circūcisione suscepit. &
Si imitam̄ uxorū illius numerū. imitem̄ & circūcisionē. Neq; enim
in parte sectandus & in parte repudiandus ē. Porro isaac unius re
becce uir. xp̄i p̄figurat eccłam. Si autē duas bigas uxorū & concubi
narū habuit iacob. & non uult aduersarius adquiescere lippien
tē liam deformem atq; foetosam. sinagoge typū pretulisse. rachel
uō pulchrā et diu sterilem eccłe significasse misterium. sciat eo
tempe hoc fecisse iacob quando erat inter assirios & in mesopota
mia laban durissimo dnō seruiebat. Qn̄do autē terram scām ingre
di uoluit & in montē galaad extruxit aceruū testimonii. in quo
nihil inter sarcinas eius mesopotamię possessor inuenerat. iurans
se numquā ad locū in quo seruierat reuersurū. & ad torrentem
iacob cū anglo luctatus ē. claudicare cępit. et ΠΛΑΤΥΝΕΥΡΟΝ eius
emarcuit. statimq; isrł sortitus ē nomen. Et illa quondam dilecta
coniunx pro qua seruierat iuxta bethleem in qua erat uirginita
tis preco dn̄s nasciturus a filio doloris occidit. & consortia meso
potamie euangelica uicinitate moriuntr. Miror autē cur iudā
& thamar nob̄ pposuerit in exemplū. nisi forte & meretricibus
delectatr. aut occisū aunan qđ frī semen inuiderit. quasi nos qualē
cūq; seminis fluxū absq; liberoꝝ opere cōpbem⁹. Perspicuū ē de mo
yse qui periclitatus eēt in diuersorio. nisi seffora que interpreta
tur auis filium circūcidiss&. & preputiū nuptiarū cultro euan
gelico desecass&. Iste nempe ē moyses qui cū uidiss& uisionem
magnā & anglm siue dnm̄ t dm̄ loquentē in rubo. nequaquā ua
luit ad eum accedere nisi soluiss& corrigiā calciamenti sui. et
abiciss& uincula nuptiarū. Nec mirū hoc de amico & ppheta
& legifero dī. cū omis poplꝯ accessurus ad montē syna & dī au
diturus eloquiū. trib; dieb; scificari iussus sit. & se ab uxoribus

abstinere. Quod quidem scimus licet praepostere faciam historiae ordinem confundere. & iam ad dauid fugientem ab abimelech sacerdote dictum. Si mundi sunt pueri ab uxoribus. Et ille respondit. Ab heri & nudiustertius. Panes enim propositionis quasi corpus xpi de uxorum cubilibus consurgentes edere non poterant. Et in transitu contemplandum quod dixerit. si mundi sunt pueri ab uxoribus. uidelicet quod ad munditias corporis xpi omnis coitus inmundus sit. In lege quoque praecipitur. ut pontifex nisi uirginem non ducat uxorem. nec uiduam accipiat. Si uirginis eadem uiduaeque condicio est. quare altera recipitur. altera reprobatur. Et sacerdotalis uidua in domo iubetur sedere patris sui. nec secundum nosse matrimonium. Si soror uirgo moritur sacerdotis. quomodo ad patris & ad matris exequias. ita ad eam iubetur accedere. si uero nupta sit quasi aliena contempnitur. Qui uxorem duxerit. & qui plantauerit uineam uel ut propagines filiorum. prohibetur ad bella procedere. Non enim potest domini seruire militiae seruus uxoris. De speculis mulierum ieiunantium quasi de purissimis corporibus uirginum. luter in tabernaculo funditur; et intrinsecus in sanctuario tam cherubin quam propitiatorium & archa testamenti & mensa propositionis. & candelabrum & turibulum ex auro mundissimo sunt. Neque enim in sancta sanctorum inferri poterat argentum. Quid moror in moyse cum mihi propositum sit cursim celeriterque dictanti singula leuiter perstringere. & intellegentiae quasdam lineas ducere. Transcendam ad ihesum naue qui ante dictus est auses. siue ut rectius habetur in hebreo osee. id est saluator. Ipse enim secundum epistolam iudae saluauit et eduxit populum israhel de egipto. & in terram repromissionis induxit. Hic ihesus ut uenit ad iordanen. aquae nuptiarum quae semper in lege fluxerant arefactae sunt & steterunt & siccis pedibus ac nudis populus omnis transiit & uenit ad galgala. ibique secundo est circumcisus. Quod si iuxta litteram accipimus. poenitus stare non potest. Si enim duplex haberemus praeputium. uel abscisa pellicula iterum nasceretur. recte secunda circumcisio haberet locum. Nunc autem hoc significatur quod ihesus cultello euangelii populum qui per desertum uenerat circumcidit & circumcidit cultello petrino. ut quod in moysi filio ante praefigurabatur in paucis. id sub ihesu duce impleretur in cunctis. Sed & ipsa praeputia minim

tumulu coaceruata & sepulta & terra obruta. & ablatu obprobriu
egipti. et nomen loci galgala qd interptat reuelatio. ostendunt
dum in prputio ambulauerit popls p desertu. oculos eius fuisse
cecatos. Videamus & consequentia. Post eugli circucisionem
& consecratione duodeci lapidu in loco reuelationis statim pas
cha celebratur. immolatur eis agnus & sce terre uescunt alimtis.
egreditur ihc. occurrit ei princeps militie gladium tenens. id
e pro circucisio poplo pugnare se monstrans. t dissecans gluti
nu nuptiaru. similitq ut moysi pceptu fuerat & huic dicitur.
Solue corrigia calciamti tui. locus eni in quo stas terra sca est.
Quasi cerat dni armatus exercitus intubis sacerdotalib; quasi ad
euangelica pdicatione sub tipo iericho mundus subuertitur. Et ut
infinita pretereā. neq eni nunc mihi oma ppositu e ueteris
instrumenti aperire misteria. quinq reges qui in terra repro
missionis ante regnabant. resistebantq euangelico exercitui.
ihu pugnante superant. Hoc puto intellectu ee perspicuum. quod
antequā dns poplm suum educeret ex egipto & circuciderct eum.
uisus. odoratus. gustus. auditus. tactusq regnauerint. & his qsi
principib; fuerint uniuersa subiecta. Quos ihc ad speluncā corpo
ris confugientes. & ad tenebrosu locu ipsu ingrediens corpus in
terficit. ut p id occiderent p qd ante regnabant. Verū ia tēpus e
ut castitatis ihu uexillu leuem. moyses scribit hic habuisse uxo
rem. Moysen aut & dns nr & apls interptant in lege. Habent
moysen & prophetas. Et ab adam usq ad moysen regnauit pecca
tu sup eos qui n peccauerunt in similitudine preuaricationis
adam. Nulliq dubium e in utroq testimonio moysen legem
significari. Sicut ergo legimus qd moyses id lex habuerit uxore.
ostende mihi ihm naue t uxore habuisse t filios. et si monstrare po
tueris. uictu me ee fatear. Et certe pulcherrimu terre iude in par
titione accepit locu. moritq non in uicenario numero qui semp
in scripturis infaustus e. in quo seruiuit iacob & uenditus e ioseph.
Et quē diligit esau accipiens in eo quē dā munera. sed in decimo
de cuius laude crebro diximus. sepelitur q in thenathsare. id e
in pfectissimo principatu. siue in numero operimti noui. ut uir
ginu significaret greges. saluatoris auxilio coopertos. In monte

N

efraim hoc est in monte frugifero; ab aquilone montis gaes qui interpre
tatur commotio. Mons enim syon. latera aquilonis ciuitas magni re
gis. Que opposita semper mundi est et per singulas temptationes dicit.
mei uero pene moti sunt pedes. Cumque in sepultura ihu liber qui
ex nomine eius appellatur expletus sit. rursum in iudicum uolumine quasi
uiuens resurgensque describit. & sub ΑΝΑΚΕ ΦΑΛΕωCΙ opera
illius predicantur. & legitur. Misit ihc poplm & abierunt filii israel unus
quisque in hereditatem suam. ut possiderent terram. & seruiuit popls
dno cunctis diebus ihu & cetera. Statimque subiungit. Et mortuus
est ihc naue seruus dni centum decem annorum. Porro moyses uidit tan
tum terram repromissionis. & intrare non potuit. & mortuus est in ter
ra moab. & sepelierunt eum in ualle in terra moab contra domum
phogor. et non cognouit uir sepulchrum eius usque in diem hanc. Compa
remus utriusque sepulturam. Moyses in terra moab moritur. ihc in
terra iudeę. Ille sepelitur in ualle contra domum phogor. quod interpreta
tur ignominia. Phogor quippe proprie in lingua hebrea priapus
apellatur. hic in monte ephraim ab aquilone montis gaes. Et o in
uerbis simplicibus semper diuinarum scripturarum sensus angusti or.
Quia apud iudeos gloria erat in partubus & parturitionibus & maledicta
sterilisque non habebat semen in israel. & beatus cuius erat semen in
syon & domestici in ihrlm. & in benedictione maxima ponebatur
uxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tue. filii tui sicut
nouella oliuarum in circuitu mense tue. idcirco sepulchrum eius
positum in ualle describitur contra domum ydoli. quod proprie libidini con
secratur. Nos autem qui militamus sub ihu duce. usque ad presentem diem
ignoramus ubi moyses sepultus sit. Contemnimus enim phogor &
omnem ignominiam eius. scientes quod qui in carne sunt deo pla
cere non possunt. Et dns ante diluuium quoque dixerit. non perma
nebit sps meus in hominibus istis quia caro sunt. Quamobrem & moy
ses moriens plangitur a poplo israel. ihc autem quasi uicturus non. Nup
tie enim finiuntur in mortem. uirginitas post mortem incipit
coronari. Sanson quoque producitur in medium. nec de caluatum
quondam dni nazareum a muliere considerat. Qui licet
typum teneat saluatoris quod meretricem ex gentibus adamauerit
ecclesiam. et multo plures hostium moriens quam uiuus occiderit.

tamen coniugalis pudicitie exempla non prebet. Et certe iste est
secundum prophetiam iacob qui cum conscensus equi pernicitate fer
retur. a serpente percussus retrorsum cecidit. Debboram
autem et barac. et uxorem aber cinei cur enumeret. prorsus
non intellego. cum aliud sit bellorum principes. et ordinem isto
rie texere. aliud figuris aliquas significare coniugii. que
in isto omnino non conparent. Porro quod profert iepte patris
fidem lacrimis uirginis filie pro nobis facit. Et nos enim non tam
uirgines sancti. quam castas que propter christum sunt uirgines predica
mus. et a plerisque hebreorum reprehenditur pater uoti temerarii
quod dixerit. Si tradens tradideris filios amon. in manibus
meis. omnis quicumque exierit de domo mea in occursum mihi
cum reuerti cepero in pace a filiis amon. erit domino. et offe
ram illud holocaustum. Si canis inquiunt. si asinus occurris
set. quid faceret. Ex quo uolunt dei dispensatione perfectum.
ut qui inprospecte uouerat errorem uotorum filie morte sen
tiret. Si autem samuel nutritus in tabernaculo ducit uxorem.
quid hoc ad preiudicium pertinet uirginitatis. quasi non hodieque
plurimi sacerdotes habeant matrimonia. et apostolus episcopum
describat unius uxoris uirum habentem filios cum omni castitate.
Simulque noscendum quod samuel leuita non sacerdos nec pontifex
fuerit. Unde et faciebat illi mater sua efod bad superume
rale uidelicet lineum. qui habitus proprie leuitarum et minoris
est ordinis. unde et in psalmis non nominatur inter sacerdotes.
sed inter eos qui inuocant nomen domini. Moyses et aaron in sa
cerdotibus eius. et samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Le
ui enim genuit caath. caath genuit amminadab. ammina
dab genuit core. core genuit asir. asir genuit elcana.

Quid sit ephod

elcana genuit sub · sub · genuit thou · thou genuit · heliu · heliu ge
nuit hieroam · hieroam genuit helcana · helcana genuit samu
elem · Nulli q· dubium ē sacerdotes de aaron & heleazar &
finees stirpe generatos · Qui cū & ipsi uxores habuerint · recte
nob opponerent · Si errore encraticarū ducti contenderem ma
trimonia reprobanda · & n̄ eēt nr̄ pontifex scdm ordinē melchise
dech sine patre sine matre ΑΓΕΝΕΑΛΟΓΕΣΟC hoc ē sine nuptiis.
Et reuera magnos fructus ex libris samuel capit · ut qui ipse placuit
dō · tales genuerit qui dnō displicerent · Quod si booz & ruth no
b obicit ad comprobandā digamiam · sciat in euglio ob typū eccle
etiam raab meretricē in ordine maiorū dnī enumeratam ·
Porro qđ dauid ducentis p̄putiis emisse iactat uxorē · nouerit
illū & alias habuisse quāplurimas · et michol filiā saul quā pater
alteri tradiderat postea recepisse · & iā senē sunamitis puellę
calefactū eē complexib; · Nec hoc dico quod de scīs uiris quicquam
detrahere audeam · sed quo aliud sit in lege uersari aliud in euan
gelio · Ille occidit uriam eththeum · mechus extitit in bethsabee ·
N
Et quia erat uir sanguinarius · non ut plerique ęstimant ppt bella ·
sed propt homicidium templum dī ędificare p̄hibetur · Nos
aūt si unum de minimis scandalizauerimus · et si fratri dixeri
mus racha et non recta uiderimus · expedit ut mola asinaria
ligetur circa collum nostrum et rei erimus gehennę · et adul
terium in solo nobis aspectu reputabitur · Transit ad salomonem p
quē se cecinit ipsa sapientia · et cū uxorium eum dicat atq· in illius
laudib; immoretur · miror cur non iungat et illud de cantico canti
cor · Sexaginta sunt reginę et octoginta concubinę et adolescen
tulę quarū non ē numerus · Et illud de regnorū tertio · qđ septingentas
habuerit uxores · et trecentas concubinas · et alias innumerabiles

Hęc nempe sunt quę auerterunt cor eius a domino. Et ante tamen quam plures habe
ret uxores & carnis uitiis laberetur. in principio regni & adolescentię.
extruxit domino templum. Vnusquisque enim non de futuris sed de presentib;
iudicatur. Quod si salomonis illi exempla placent. iam non digamus erit
& trigamus. Sed nisi septingentas habuerit uxores & trecentas con
cubinas. typum eius & meritum implere non poterit. Obsecro te lec
tor & idipsum sepe commoneo. ut me sciat quę loquor necessitate di
cere. nec detrahere de his qui in lege praecesserint. sed seruisse eos tempori
b; & conditionib; suis. & illam domini implesse sententiam. Crescite & multi
plicamini & replete terram. Et quod his maius est futurorum typos prae
buisse. Nobis autem quib; dicitur. tempus in collecto est. superest ut & qui habent
uxores sic sint quasi qui non habeant. aliud praecipitur & uirginitatem a salua
tore uirgine dedicari. Heliam & heliseum quam stulte in catalogo po
suerit maritorum me tacente manifestum est. Si enim iohannes bap
tista uenit in spiritu & uirtute helię. & iohannes uirgo est. utique non solum
in spiritu eius uenit. sed etiam in corporis castitate. Porro autem illud quod de
ezechia commemorari potest. quamquam hoc ille solita stoliditate non ui
derit. quod post uitam recuperatam et quindecim annorum spatia protelata dixe
rit amodo filios faciam. sciat in hebreis uoluminib; non haberi. Sed legi
pro hoc. pater filiis notam faciet ueritatem tuam. Nec mirum si holda uxor
sellum prophetissa consulatur ab iosia rege iudeę iam captiuitate
uicina. et ira domini stillante super ierusalem cum lex et norma sit scrip
turarum ut deficientib; uiris sexus mulieres in uirorum laudentur obpro
bria. Superfluum autem est de danihel dicere. cum hebrei usque hodie au
tument. et illum et tres pueros fuisse eunuchos. ex illa domini senten
tia quam esaias loquitur ad ezechiam; Et de filiis tuis qui nas
centur ex te tollent et facient eunuchos in domo regis. Rur
susq; in danihel legimus. Et dixit rex asphanezech principi

eunuchorum ut introduceret de filiis captiuitatis israhel et de semine
istud est de .lxx. quare ignorat
regio. et de porthommim pueros. in quibus non esset macula. pulcros facie et
intellegentes sapientia. et argumentantur. si de semine regio electi sunt
electi sunt danihel et tres pueri. de semine autem regio eunuchos fore scrip
tura predixit. hos esse qui eunuchi facti sunt. Si uero illud opposuerit quod
in ezechiel dicitur noe danihel et iob in terra peccatrice filios et filias libe
rare non posse. respondendum est quod iuxta hipothesim dictum est sit. Neque e
nim eo tempore noe et iob erant quos multis ante seculis fuisse cogno
uimus. Et est sensus. Si tales uiri fuerint in terra peccatrice. filios suos
N — et filias liberare non poterunt. Quia iustitia patris non liberabit
filium. nec peccatum alterius alteri reputabitur. Anima enim que pec
cauerit. ipsa morietur. Sed et hoc dicendum. daniel iuxta istoriam
libri eius cum Ioachim rege captum eo tempore quo hiezechiel quoque
ductus est in captiuitatem. Quomodo ergo potuit habere filios qui ad
huc puer erat. et expleto triennio introductus est ad regis obse
quium. At ne quis putet hiezechiel. iam uiri meminisse danihelis
et non pueri. factum est inquit in anno sexto regis scilicet Ioachim
In sexto mense in quinta mensis. et ego sedebam in domum me
am. et senes iuda sedebant coram me. Atque in eadem die ad eum
dicitur. Si fuerint noe et daniel et iob. Erat igitur da
niel adhuc puer et notus in populo. uel propter interpreta
tionem somniorum regis. uel propter susanne historiam et occisi
onem presbiterorum. Et perspicue conprobatur. eo tempore quo hec
dicebantur de noe et daniel et iob. adhuc puerum fuisse dan
helem. nec habere potuisse filios et filias quos sua iustitia
liberaret. Huc usque de lege. Venit ad euangelium et
proponit nobis zachariam et helisabeth. petrum et socrum eius
et consueta uecordia non intellegit istos quoque

Nota quod danihel quando presbiteros condempnauit adhuc puer erat.

inter eos qui legi servierint debuisse numerari. Neque enim evangeli
um ante crucem xpi est quod passione et sanguine illius dedicatur.
Iuxta quam regulam et ceteri apostoli ut ei ex superfluo interim conce
dam habuerunt quidem uxores, sed quas eo tempore acceperant
quo evangelium nesciebant. Qui adsumpti postea in apostolatum
relinquunt officium coniugale. Nam cum petrus ex persona apostolorum di
cat ad dominum. ecce nos omnia nostra relinquentes secuti sumus te. Respondit
ei dominus. Amen dico vobis. quoniam nemo est qui dimiserit domum. aut paren
tes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum dei. qui non recipiat
multo plura in seculo isto. et in seculo venturo vitam aeternam. Si autem nobis illud
opposuerit ad comprobandum quod omnes apostoli uxores habuerint. numquid
non habemus potestatem mulieres vel uxores circumducendi ΓΥΝΗ enim
apud grecos utrumque significat. sicuti ceteri apostoli et cephas et fratres
domini. iungat et illud quod in grecis codicibus est. Numquid non habemus potesta
tem sorores mulieres vel uxores circumducendi. Ex quo apparet de aliis eum
sanctis dixisse mulieribus. que iuxta morem iudaicum magistris de sua
substantia ministrabant. sicut legimus ipsi quoque domino factitatum. Nam et
ordo verborum hoc significat. Numquid non habemus potestatem manducandi
et bibendi aut sorores mulieres circumducendi. Ubi de comedendo
et bibendo ac de ministratione sumptuum praemittitur. et de mu
lieribus sororibus sic infertur. Perspicuum est non uxores intellegi
debere. sed eas ut diximus quae de sua substantia ministrabant
Quod et in veteri lege de sunamitide illa scribitur. quae solita sit he
liseum recipere et ponere ei mensam et panem et can de
labrum. et cetera. Aut certe si ΓΥΝΑΙΚΑC. uxores acci
pimus non mulieres. id quod additur. sorores tollit uxores.
et ostendit eas germanas in spiritu fuisse non coniuges. Quam
quam excepto apostolo petro non sit manifeste relatum de aliis

Euglm non nisi post crucem xpi est.

aptis quod uxores habuerint. Et cum de uno scriptum sit ac de ceteris ta
citum. intellegere debeamus sine uxoribus eos fuisse. de quibus nihil
tale scriptura significet. Etiam ille qui nobis obicit zachariam
et helisabeth. petrum et socrum eius. sciat de zacharia et helisabeth
iohannem fuisse generatum. id est de nuptiis virginem. de lege euangelium. de
matrimonio castitatem. ut a propheta virgine. virgo dominus et adnun
tiaretur et baptizaretur. Possumus autem de petro dicere quod habue
rit socrum eo tempore quo credidit. et uxorem iam non habuerit.
Quamquam legatur in ΠΕΡΥΟΔΕΙC et uxor eius et filia. sed nunc nobis
de canone omne certamen est. Et quia ad apostolos provocavit quod
principes disciplinae nostrae et christiani dogmatis duces. virgines
non fuerint. ut eos interim concedamus virgines non fuisse.
neque enim hoc praeter petrum probari potest. noverit hos esse apostolos.
de quibus esaias vaticinetur. Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis
semen. quasi sodoma essemus. et similes gomorre fuissemus.
Qui ergo erant ex iudeis. virginitatem quam in iudaismo amiserant.
in euangelio habere non poterant. Et tamen iohannes unus e discipulis
qui minimus traditur fuisse inter apostolos. ut quem fides christi vir
ginem repperierat. virgo permansit. et ideo plus amatur a domino. et
recumbit super pectus iesu. Et quod petrus qui uxorem habuerat
interrogare non audet. illum rogat ut interroget. Et post re
surrectionem nuntiante maria magdalene quod dominus surrexis
set. uterque currunt ad sepulchrum. sed ille praevenit. Cumque essent
in navi et piscarentur in lacu genesareth. iesus stabat in litore.
nesciebant apostoli quem viderent. solus virgo virginem recognoscit
et dicit petro. dominus est. Rursum post auditam sententiam quod ab alio
cingendus esset petrus. et ducendus quo nollet. crucis illi passio fuis
set prophetata. et ille diceret: domine quid iste. nolens iohannem

deserere cum quo semper fuerat copulatus. dicit ei dominus. Quid ad te si eum
uolo sic esse. Unde et sermo exiuit inter fratres illum discipulum non moritu
rum. Ex quo ostenditur uirginitatem non mori. nec sordes nuptiarum
abluere cruore martyrii. sed manere cum christo. et dormitionem eius
transitum esse non mortem. Si autem obnixe contenderit iohannem
uirginem non fuisse. nos amoris praecipui uirginitatis causam diximus. Ex
ponat ille si uirgo non fuit cur ceteris apostolis plus amatus sit. At dicis. super
petrum fundatur ecclesia. licet id ipsum in alio loco super omnes apostolos fiat
et cuncti claues regni caelorum accipiant et ex aequo super eos ecclesiae fortitudo so
lidetur. tamen propterea inter duodecim unus eligitur ut capite constituto
scismatis tollatur occasio. Sed cur non iohannes electus est uirgo. Aetati dela
tum est. quia petrus senior erat. Ne adhuc adolescens et pene puer. pro
gressae aetatis hominibus praeferretur. et magister bonus qui occasionem
iurgii debuerat auferre discipulis. et dixerat eis pacem meam do uobis.
pacem meam relinquo uobis. Et qui uoluerit inter uos maior esse sit minimus
omnium. In adolescentem quem dilexerat causam praebere uideretur inui
diae. Ut autem sciamus iohannem fuisse tunc puerum manifestissime do
cent ecclesiasticae istoriae. quod usque ad traiani imperium uixerit. Id est
post passionem domini sexagesimo octauo anno dormierit. quod et nos
in libro de inlustribus uiris breuiter perstrinximus. Petrus apostolus
est. et Iohannes apostolus maritus et uirgo. Sed petrus tantum aposto
lus. iohannes et apostolus et euangelista et propheta. Apostolus. quia
scripsit ad ecclesias sicut magister. Euangelista. quia librum euangelii
condidit. quod excepto matheo alii ex duodecim apostolis non fecerunt.
Propheta. uidit enim in patmos insula in qua fuerat a domitiano princi
pe ob domini martyrium relegatus apocalipsim infinita futurorum
misteria continentem. Refert autem tertullianus quod a nerone mis
sus in feruens oleum [dolii] purior et uegetior exierit quam intrauerit.

R

R

Nota iohannem non a domitiano sed a nerone in feruens oleum missum.

Sed et ipsum euangelium eius multum distat a ceteris. Matheus quasi de ho
mine cepit scribere. Liber generationis ihesu christi filii dauid filii
abraham. Lucas a sacerdotio zacharie. Marcus a prophetia
malachie et esaie. Primus habet faciem hominis propter genealogiam.
Secundus faciem uituli propter sacerdotium. Tertius faciem leonis. propter
uocem clamantis in deserto. Parate uiam domini rectas facite semitas
eius. Iohannes uero noster quasi aquila ad superna uolat. et ad ipsum patrem per
uenit dicens. In principio erat uerbum. et uerbum erat apud deum
et deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Exposuit
uirginitas. quod nuptie scire non poterant. Et ut breui multa sermone
comprehendam. doceamque cuius priuilegii sit iohannes. immo in io
hanne uirginitas. a domino uirgine. mater uirgo uirgini discipulo
commendatur. Verum casso labore sudamus. Obicit quippe nobis
aduersarius apostolicam sententiam et ait. Adam primus formatus est.
deinde eua. Et adam non est seductus. mulier autem seducta in preuari
catione facta est. Salua autem fiet per filiorum generationem si permanse
rint in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate. Consi
deremus cur apostolus ad hanc sententiam et unde peruenerit. Volo ergo
uos orare in omni loco leuantes sanctas manus sine ira et cogitationibus.
Consequenter itaque mulieribus precepta dat et ait. Similiter et mulieres
in habitu ornato cum uerecundia et castitate. ornantes se non in tor
tis crinibus aut auro aut margaritis siue ueste pretiosa. sed quod decet
mulieres promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio
discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto. neque
dominari in uirum. sed esse in silentio. Et ne uideretur mulieris
dura condicio. que in mariti eam redigeret seruitutem. legis
recordatur antique. et ad originale exemplum redit. quod adam
primus factus sit. deinde mulier ex costa eius. et quod adam seducere

diabolus non potuerit sed aevam. & quod post offensam dei statim viro sub
iecta sit. & ad maritum illius facta conversio. Quodque errorem veterem
illa quae conubio semel copulata est & redacta in condicionem aevae
filiorum pereatione deleret. ita tamen si ipsos filios erudiret in fide
& dilectione xpi & sanctificatione & pudicitia. Non enim ut male habetur
in latinis codicibus sobrietas est legenda. sed castitas id est CWΦPOCY
NE. Vide igitur quomodo ex hoc quoque ipso testimonio superis.
Et quod putabas esse pro nuptiis. pro virginitate sentire cogaris. Nam si salva
tur mulier in filiorum generatione. & liberorum numero salus matrum
est. cur addidit si permanserint filii in fide & caritate & sanctificatio
ne cum castitate. Tunc ergo salvabitur mulier. si illos genuerit filios
qui virgines permansuri sunt. si quod ipsa perdidit adquirat in liberis.
& dampnum radicis & cariem flore conpenset & pomis. Supra in tran
situ ubi nobis adversarius proposuerat salomonem multinubum qui tem
plum dei extruxit. strictim responderam. ut per questiones reliquas
currerem. nunc ne clamitet & hunc & alios in lege patriarchas
prophetas & sanctos viros a nobis esse temeratos. proponam hunc ipsius qui multas
uxores & concubinas habuit de nuptiis voluntatem. Nemo enim
melius scire potest quid sit uxor vel mulier. nisi ille qui passus est.
Loquitur ergo in proverbiis. Mulier insipiens & audax. inops panis efficitur.
Cuius panis. Nempe illius. qui de celo descendit. Statimque subiun
git. Terrigenę apud eam pereunt. & in profundum inferi incurrunt.
Qui sunt terrigene qui apud eam pereunt. Utique illi qui secuntur pri
mum adam qui de terra est. & non secundum qui de celo est. Et rursum in alio
loco. Sicut in ligno vermis. ita perdit virum suum mulier malefica.
Si autem adseveraveris hoc de malis dictum esse coniugibus. & ego tibi breviter
respondebo. Quae enim mihi incumbit necessitas venire in dubium.
utrum mala utrum bona sit futura quam duxero. Melius est inquit

Hic aliqua in malo uxorum adducit testimonia divina

habitare in terra deserta. quam cum uxore litigiosa & iracunda.
Quam rarum sit uxorem sine his uitiis inueniri. nouit ille qui
duxit uxorem. Unde pulchre uarrius geminus sublimis orator
qui non inquit litigat. celebs est. Melius est enim habitare in an
gulo tecti. quam cum uxore maledica in domo communi. Si domus
communis mariti & uxoris erigit uxorem in superbiam. & con
tumeliam uiro facit. quanto magis si ditior fuerit uxor. & in
domo eius uir manserit. Incipit enim non uxor esse sed domina.
& uiro si offenderit migrandum est. Stillicidia eiciunt homi
nem in die hiemali de domo sua. similiter & mulier maledica
de propria domo. Assiduis quippe iurgiis & cotidiana garru
litate facit perpluere domum suam. et eicit eum de edibus suis. idem de
ecclesia. Unde supra ab eodem salomone precipitur. Fili ne perfluas. Et
apostolus ad hebreos. Propterea inquit debemus amplius intendere e
his que dicuntur. ne forte perfluamus. Illud uero quis taceat quod sub
enigmate scribitur. Sanguisuge tres filie erant dilectione
dilecte. et iste non saturauerunt eam. Et quarta non sufficiet
dicere satis est; Infernus et amor mulieris. et terra que non sacia
tur aqua. et ignis non dicent satis est. Si sanguisuga diabolus est. dia
boli filie sunt dilectione dilecte. que saciari interfectorum cru
ore non possunt. Infernus. et amor mulieris. et terra arens.
et ignis exestuans. Non hic de meretrice. non de adultera dici
tur. sed amor mulieris generaliter accusatur. qui semper insaciabi
lis est. qui extinctus accenditur. et post copiam rursum inops est. ani
mumque uirilem effeminat. et excepta passione quam sustinet. aliud
non sinit cogitare. Simile quid. et in sequenti parabola legimus. Per
tria mouetur terra. quartum uero non potest ferre. Si seruus reg
net. et stultus si saturetur panibus. et odiosa uxor si habeat uirum

bonum· & ancilla si eiciat dominã suam· Ecce & hic inter maloꝝ
magnitudinẽ uxor ponit᷑· Quod si responderis & uxor odiosa
dicam tibi quod & supra. Ad hoc periculũ imminet· fieri gra
ue ē· Cum enim ducit uxorem· in ambiguo ē utrũ odiosam
an amabilem ducat. Si odiosam duxerit. ferri non potest.
Si amabilem· amor illius inferno & arenti terrę & incendio
comparat᷑· Ueniam̃ ad ecclesiasten· de ipso q̃q· testimonia
pauca ponentes· Omnib; tempus ē. & tẽpus omĩ rei sub cęlo·
Tempus pariendi· & tẽpus moriendi· Tempus plantandi· &
tẽpus euellendi quod plantatũ ē· Peperim̃ in lege cũ moyse. mo
riam̃ in eugłio cũ xp̃o. Plantauim̃ in nuptiis· euellam̃ per
pudicitiam quod plantatũ ē. Tempus amplexandi· et tẽpus
longe fieri ab amplexu· Tempus amandi· & tẽp̃ odiendi·
Temp̃ belli· & tẽp̃ pacis· Simulq; nos cõmonet· ne legem
eugłio p̄feramus· ne puritatẽ uirginitatis. nuptiis pute
mus ęquandã· Meliora sunt dicens nouissima sermonis·
quam initium eius· Statimq; subiungit. Ne dixeris quid
factũ ē· quod dies priores meliores erant quã hi. quia n̄ sapi
entẽ interrogasti de hoc. Et reddit causã· quare dies pos
teriores meliores sint quã priores. Quia bona ẽ inquit
sapientia cũ hereditate· In lege enim sapientiã carnis
mors sequebat᷑ occidens. In eugłio sapientiã sp̃s· here
ditas expectat ęterna· Ecce hoc inueni dixit ecclesias
tes. Hominem unũ de mille inueni. & mulierẽ de his
omnib; n̄ inueni· Uerumtam̃ repperi quod fecit ds̃ hominẽ
rectũ· & ipsi quesierunt cogitationes malas. Rectũ homi
nẽ inuenisse se dicit· Considera uim uerbi· In homine.
& uir & femina continet᷑· Et mulierẽ inquit in his omib;

non inueni. Legamus principium geneseos. & inueniemus adam
hoc est hominem tam uirum quam feminam nuncupari. Cum ergo boni crea
ti simus & recti a deo. ipsi uitio nostro sumus ad peiora delapsi. Et quod
in paradiso rectum in nobis fuerat. egredientibus de paradiso de
prauatum est. Quod si obieceris antequam peccarent sexum uiri &
feminę fuisse diuisum. & absque peccato eos potuisse coniun
gi. quid futurum fuerit incertum est. Neque enim possumus dei scire
iudicia. & ex nostro arbitrio illius sententię preiudicare. Hoc quod
factum est. in propatulo est. quod qui in paradiso uirgines permanserunt.
eiecti de paradiso copulati sunt. Aut quid nocebat si paradi
sus nuptias recipit & nulla est inter uirginem maritumque diuer
sitas etiam in paradiso eos ante sociari. Eiciuntur de para
diso. & quod ibi non fecerunt in terra faciunt. ut statim a prin
cipio conditionis humanę uirginitatem paradisus & terra
nuptias dedicauerit. In omni tempore sint uestimenta tua
candida. Candor uestium. sempiternę uirginitatis est
puritas. In matutino seminauimus semen nostrum. & ad ues
peram non cessemus. Qui seruiuimus in lege nuptiis. uirgi
nitati in euangelio seruiamus. Transeo ad canticum canticorum.
& quod aduersarius totum putat esse pro nuptiis. uirginitatis
continere sacramenta monstrabo. Audiamus quid loquitur
sponsa. antequam sponsus eius ad terras ueniat. patiatur.
inferos penetret. ac resurgat. Similitudines auri facie
mus tibi cum distinctionibus argenti. quo adusque rex in re
cubitu suo est. Antequam resurgeret dominus et in euangelio corus
caret. non habebat aurum sponsa. sed similitudinem auri.
Argentum autem quod in nuptiis habere se pollicetur. habebat ua
rium atque distinctum. in uiduis. continentibus. ac

martis. Deinde sponsus respondit ad sponsam. & docet eam
quod ueteris legis umbra transierit. & ueritas euangelii uenerit.
Surge ueni proxima mea. speciosa mea. columba mea. quoniam ecce
hiemps transiit. pluuia abiit sibi. Hoc de ueteri testamento.
Rursum de euangelio & uirginitate. Flores uisi sunt in terra. tempus
sectionis aduenit. Nonne tibi uidetur idipsum dicere. quod & a
postolus. Superest ut & qui habent uxores sic sint quasi qui
non habeant. Et manifestius de praeconio castitatis. uox autem
turturis audita est in terra nostra. Turtur auis pudicissima
semper habitans in sublimibus. typus est saluatoris. Legamus
phisiologos. & repperiemus turturis hanc esse naturam.
ut si parem perdiderit. alteri non iungatur. & intellegamus
digamiam etiam a mutis auibus reprobari. Statimque tur
tur dicit ad turturem. ficus produxit grossos suos. id est ueteris legis praecepta ceciderunt. et de euangelio uitis flores de
derunt odorem. Unde & apostolus. Christi bonus odor sumus. Surge
ueni proxima mea. speciosa mea. & ueni tu columba mea
in uelamento petrae. iuxta promurale. & ostende mihi faciem
tuam & auditam mihi fac uocem tuam. quoniam uox suauis est tua &
facies tua speciosa. Dum uultum tuum tegeres cum moyse. & uela
mentum esset in lege. nec faciem tuam uidebam. nec uocem dig
nabar audire dicens. Et si multiplicaueritis preces. nec si exau
diam uos. Nunc autem reuelata facie. contemplare gloriam meam.
& petrae firmissimae tegere promurali. Quod audiens sponsa.
aperit sacramenta pudicitiae. Fratruelis meus mihi & ego
illi qui pascit inter lilia. hoc est inter uirginum candidis
simos choros. Uis scire quale uerus salomon & pacificus
noster solium. quales habeat armigeros. Ecce ait. lectus

salomonis sexaginta potentes in circuitu eius de potentibus
israhel. omnes tenentes frameam & docti bello. uiri gladius in fe
more eius. Qui in circuitu salomonis sunt. gladium habent
in femore. sicut aod ille iudex ΑΜΦΙΤΕΡΟΔΕΞΙΟC (i. ambidexter) qui in
terfecit hostem pinguissimum. & totum carni deditum om
nes amputans uoluptates. Ibo inquit mihi ad montem mir
re. ad eos qui mortificauerant corpora sua. & ad collem
libani. ad purissimos uirginum greges. & loquar sponse
mee. Tota speciosa es proxima mea. & macula non est in te.
Vnde & apostolus. Ut exhibeat inquit sibi sanctam ecclesiam. non ha
bentem maculam neque rugam. Veni a libano sponsa. ue
ni a libano. Venies & pertransibis ab initio fidei. a capi
te sanir. & ermon. a cubilibus leonum. a montibus leopar
dorum. Libanus ΛΕΥΚΟCΜΟC id est candor interpretatur.
Veni ergo sponsa candidissima. de qua et alibi dicitur. Quae est ista
quae ascendit dealbata. et transi per uiam huius seculi ab exordi
o fidei et ex sanir. quod interpretatur dens lucernae. iux
ta illud quod in psalmo legimus. Lucerna pedibus meis uer
bum tuum domine. & lux semitis meis. Et hermon. id est con
secrationem. Et fuge leonum cubilia. & leopardorum mon
tes. qui non possunt mutare uarietatem suam. Fuge inquit
cubilia. fuge superbiam demonum. ut postquam mihi fue
ris consecrata. possim tibi dicere. Vulnerasti cor
meum soror mea sponsa. uulnerasti cor meum in uno
oculorum tuorum. in uno ornamento colli tui. Quod
dicit huiuscemodi est. non repudio nuptias. habes & si
nistrum oculum quem tibi dedi propter inbecillitatem eorum
qui recta uidere non possunt. Sed magis mihi dexter

uirginitatis oculus placet. qui si caecatus fuerit. omne corpus
intenebris est. Ac ne putaremus eum amorem carnis et nup
tias significare corporeas. ilico excludit hunc sensum. et
ait. Uulnerasti cor meum soror mea sponsa. Ubi soro
ris nomen est. suspicio omnis foedi amoris excluditur.
Quam speciosa sunt ubera tua a uino. de quibus et supra di
xerat. Fratruelis meus mihi in medio uberum meorum
commorabitur. in principali cordis ubi habet sermo dei
hospicium. Quam speciosa sunt ubera tua a uino.
Quod istud uinum est. quod sponsae mammas pulcherrimas
facit. et pudicitiae lacte fecundas. Nempe illud de quo
sponsus in consequentibus loquitur. Bibi uinum meum cum
lacte meo. manducate proximi et bibite. et inebria
mini fratres. Unde et apostoli dicebantur musto pleni.
Musto inquit non uino ueteri. quia uinum nouum in utres
nouos mittitur. et non ambulabant in uetustate litterae
sed in nouitate spiritus. Hoc est uinum quod cum inebriauerit ado
lescentulos et puellas. statim uirginitatem sitiunt. et
in crapulam castitatis eructant. et expletur illud ua
ticinium zachariae duntaxat iuxta hebraicam ueritatem.
de uirginibus ecclesiae prophetantis. Complebuntur infantibus
et puellis ludentibus plateae eius. Quid enim bonum eius est.
et quid pulchrum eius. nisi frumentum electorum eius.
et uinum germinans uirgines. Istae sunt uirgines. de
quibus et in quadragesimo quarto psalmo est scriptum.
Adducentur regi uirgines. postea proximae eius afferentur
tibi in letitia et exultatione adducentur in templum
regis. Sequitur. Hortus conclusus est soror mea

sponsa hortus conclusus. fons signatus. Quod clusum est atque signatum. similitudinem habet matris domini. matris et uirginis.
Unde et in sepulchro saluatoris nouo quod in petra durissima fuerat abscisum. nec ante nec postea quisquam positus est. Et tamen hec uirgo perpetua. multarum mater est uirginum. Sequitur enim. Emissiones tue paradisus malorum granatorum cum fructibus pomorum. In malogranatis et pomis. omnium uirtutum significatur in uirginitate concentus. Fratruelis meus candidus et rubicundus. Candidus in uirginitate. rubicundus in martyrio. Et quia rubicundus et candidus est. iccirco statim additur. Guttur eius dulcedinis. et totus concupiscentia. Sponsus uirgo laudatus a sponsa uirgine. laudat uicissim sponsam uirginem et dicit ei. Speciosi facti sunt gressus tui. in calciamentis filii aminadab quod interpretatur populi sponte se offerentis. Uirginitas enim uoluntaria est. et ideo gressus ecclesie in castitatis pulcritudine collaudantur. Non est huius temporis in morem commentarii omnia de cantico canticorum uirginitatis pandere sacramenta. quia et hec ipsa fastidioso lectori nares contractura non ambigo. Loquatur esaias spei nostre fideique misterium. Ecce uirgo in utero accipiet. et pariet filium. et uocabit nomen eius emmanuel. Scio iudeos opponere solere in hebreo uerbum a halma non uirginem sonare. sed adolescentulam. Et re uera uirgo proprie bethula appellatur. Adolescentula autem uel puella. non a halma dicitur. sed naara. Quid est igitur quod significat halma. absconditam uirginem. id est non solum uirginem sed cum epitasi uirginem. quia non omnis uirgo abscondita est.

nec ab hominū fortuito separata conspectu. Deniq; & rebec
ca in genesi ob nimiam castitatē & ecclę typū quē in sua uir
ginitate signabat. ahalma scribit non bethula. Sicut ma
nifestū ee poterit ex sermonib; pueri abraham. quos loquit̄
in mesopotamia. Et dixi. dne ds domini mei abraham. si tu
dirigis uiam meam p quā ego ingredior. ecce cū stetero sup
fontem aquę. uirgo quę egredit̄ ut hauriat aquā & dixe
ro ad eam. da mihi paululū aquę ut bibam de ydria tua. &
responderit & tu bibe & camelis tuis hauriam. hec erit
uxor quā preparauit dns filio domini mei. In eo enim lo
co in quo ait. uirgo quę egredit̄ ut hauriat aquā. in hebra
ico scriptū ē ah alma. id ē uirgo secreta. & nimia parentū
diligentia custodita. Aut certe ostendant mihi ubi hoc uer
bo appellent̄ & nuptę. & imperitiā confitebor. Ecce uirgo
in utero concipi& et pari& filium. Si non p̄fert̄ nuptiis
uirginitas. sps scs cur maritatam cur uiduam non elegit.
Nam & illo tempore erat & anna filia fanuelis de tribu aser
insignis pudicitię. & semp uacans orationib; & ieiuniis in
tēplo dni. Si conuersatio tantū & bona opera & ieiunia absq;
uirginitate. sps sci ad se merent̄ aduentum. potuit & ista
mater ee dni. Curramus ad reliqua. Spreuit te inquit & des
pexit filia sion. Quam filiam dixerat. appellauit & uirgi
nē. ne si tantū filiam nominass&. arbitrareris & nuptā.
Hec ē uirgo filia. ad quā alibi dicitur. Letare sterilis quę n̄
paris. erūpe & clama quę n̄ parturis. qm plures filii de
sertę magis quā ei quę hab& uirū. Ista ē de qua p hierem
iam loquitur. Numquid obliuiscetur sponsa ornamti sui.
aut uirgo fascię pectoralis suę. De hac in eadē pphetia

grande miraculum est. quod femina circumdederit uirum. uniuer-
sitatis parentem uirginis uenter incluserit. Esto inquit nuptiarum et
uirginitatis sit diuersa conditio. Quid ad hoc potes dicere
si uirgo et uidua fuerint baptizatae. et ita permanserint. quae
erit inter utramque diuersitas. Quod de petro et iohanne. anna
et maria dudum diximus. hoc praesenti loco proficiat. Si enim inter
uirginem et uiduam baptizatas nihil interest. quia baptisma
nouum hominem facit. eadem conditione et scorta atque prostibula si fue-
rint baptizatae uirginibus coaequabuntur. Si enim praeteritae nuptiae
nihil nocent. uiduae baptizatae et praeteritae in meretricibus uo-
luptates. positaque corpora publicae libidini. post lauachrum
uirginitatis praemia consequentur. Aliud est purissimam mentem
et nulla recordatione pollutam deo iungere. aliud meminisse
amplexuum uiri foedae necessitatis. et quod corpore non agas
recordatione simulare. Hieremias qui sanctificatur in utero
est et cognitus in uulua matris. ideo hoc priuilegio fruitur.
quia uirginitatis erat beatitudini destinatus. Et cum omnes
capti sint. uasaque quoque templi babylonio uastante direpta. iste
solus liber ab hostibus est. et captiuitatis nescit iniurias. et a
uictoribus accipit stipendia. et nabuzardan cui de [illegible]
nabucodonosor non praeceperat. praecepit de hieremia. Hoc est
enim uerum templum dei. et haec sancta sanctorum. quae uirginitatis puri-
tate domino consecrantur. At e contrario ezechiel qui captiuus
tenebatur in babilone. qui tempestatem ab aquilone uementem
uiderat. et turbinem cuncta rapientem. ait. Mortua est uxor
mea ad uesperam. et feci mane sicut praeceptum mihi erat.
Praedixerat enim ei dominus. quod in die illa aperiretur os eius. et lo-
queretur. et non taceret amplius. Diligenter attende. Donec

uxor uiuer&. non habebat libtatē popli commonendi. Mortua
uxor. & coniugale uinculū solutū. & absq. ulla trepidatione sem
p in officio pphetali ē. Qui enim liber uocatus ē. uere seruus ē
xp̄i. Non nego beatas eē uiduas. que ita post baptismū manse
runt. nec illarū detraho meritis. que cū uiris in castitate pdurant.
Sed sicuti he maioris apud dm̄ p̄mii sunt quā nuptę coniugali
officio seruientes. ita & ipsę aequo patiant animo uirgini
tatē sibi p̄ferri. Si enim illas sera pudicitia post despumatas
corporis uoluptates erigit contra maritatas. cur non infra
perpetuam castitatē eē se nouerint. Frustra inquit hęc lo
queris. quia ep̄i & presbiteri & diaconi unius uxoris uiri
& habentes filios ab apto constituunt. Quomodo de uirgi
nib; apts paulus dicit se n̄ habere p̄ceptū. & tam̄ dat consi
lium quasi misericordiam consecutus a dn̄o. & hoc agit in
omi illa disputatione. ut uirginitatē preferat matrimo
nio. & suad& qd imperare n̄ aud&. ne inicere uideatur
laqueum. & plus inponere ponderis. quā potest hominū
sustinere natura. ita & in ęcclesiastico ordine constituen
do. q rudis ex gentib; constituebat ęccta. leuiora nuper
credentib; dat precepta. ne territi ferre n̄ possint. Deniq.
& apti & seniores de hierosolimis litteras mittunt. ut n̄
amplius inponat oneris his qui de gentib; crediderunt.
nisi ut abstineant se ab idolatria & a fornicatione & a
sanguine. & a suffocatis. Et quasi paruulis atq. infantibus
lac potū dant. non solidū cibū. Nec p̄cipiunt de continen
tia nec de uirginitate significant. nec ad ieiunia puocant.
neq. dicunt illud qd in eugtio ad aptos dirigitur. ne habe
ant duas tunicas. ne pera. ne aes in zonis. uirgā in manu.

calciamenta in pedibus. Aut certe illud. Si uis perfectus esse. uade
uende omnia tua & da pauperibus; & ueni sequere me. Si enim
adolescens ille qui se iactauerat cuncta fecisse quae legis sunt.
audiens hoc. tristis abiit. quia habebat possessiones multas.
Et pharisei huiuscemodi domini sententiam subsannabant. quanto
magis tanta gentium multitudo cui summa uirtus erat alie
rapere. na non rapere. non habebat necesse preceptum de castitate et con
tinentia sempiterna quibus scribebatur ut abstinerent se ab idolis et a
fornicatione et in quibus audiebatur fornicatio. et talis fornicatio quae
nec inter gentes quidem est? Sed et ipsa episcopalis electio mecum facit.
Non enim dicit eligatur episcopus qui unam ducat uxorem et filios
faciat. sed qui unam habuerit uxorem et filios in omni subditos disci
plina. Certe confiteris non posse esse episcopum. qui in episcopatu
filios faciat. Alioquin si dephensus fuerit. non quasi uir tenebitur
sed quasi adulter dampnabitur. Aut permitte sacerdotibus exer
cere opera nuptiarum ut idem sint uirgines quod mariti. aut si sa
cerdotibus uxores non licet tangere. in eo sancti sunt quia imitantur
pudicitiam uirginalem. Sed et hoc inferendum. Si laicus et quicumque
fidelis orare non potest nisi careat officio coniugali. sacerdoti cui
semper pro populo offerenda sunt sacrificia. semper orandum est. Si semper
orandum. ergo semper carendum matrimonio. Nam et in ueteri lege
qui pro populo hostias offerebant. non solum in domibus suis non erant
sed purificabantur ad tempus ab uxoribus separati. et uinum et
siceram non bibebant quae solent libidinem prouocare. Eliguntur
mariti in sacerdotium. Non nego quia non sunt tanti uirgines. quanti
sunt necessarii sacerdotes. Numquid quia in exercitu fortis sit minus
quisque eligendus est idcirco non adsumentur infirmiores cum omnes
fortes esse non possint. Si exercitus uiribus tantum staret et

& non etiam numero militum abicerent inbecilliores. Nunc & se
cundarum & tertiarum uirium gradus adsumitur, ut turba & nume
ro exercitus compleatur. Et quomodo in quies frequenter in ordi
natione sacerdotali uirgo neglegitur. & maritus adsumitur.
Quia forte cetera opera uirginitati non hab& congruentia.
aut uirgo putatur & non est. aut est uirginitatis infamis. aut
certe ipsa uirginitas ei parit superbiam. & dum sibi adplaudit
de sola corporis castitate. uirtutes ceteras neglegit. Non fou&
pauperes. pecuniae cupidior est. Et uenit interdum ut tristior
uultus adductum supercilium incessus pomparum ferculis similis
offendat populum. Et qui nihil hab& quod reprehendat inuita ha
bitum solum oderit & incessum. Multi eligunt non amore sui.
sed alterius odio. In plerisque suffragium meretur sola simplicitas.
& alterius prudentiae & calliditati quasi malitiae opponitur.
Non numquam errat uulgi plebisque iudicium. & in sacerdotibus
conprobandis unusquisque suis moribus fau&. & non tam bonum
quam sui similem querunt prepositum. Euenit aliquotiens ut ma
riti quae pars maior in populo est maritis quasi sibi adplau
dant. & in eo se arbitrentur minores non esse uirginibus. si maritum
uirgini praeferant. Dicam aliquid quod forsitan cum offensa multorum
dicturus sum. sed boni non mihi irascentur. quia peccati eos con
scientia non remordebit. Interdum hoc & pontificum uitio acce
dit. qui non meliores sed argutiores in clerum allegunt. &
simplices quosque atque innocentes inhabiles putant. Et affinibus
& cognatis quasi terrenae militiae officia largiuntur. siue
diuitum oboediunt iussioni. Quodque his peius est. illis clericatus
gradum donant. quorum sunt obsequiis deliniti. Alioquin si iux
ta sententiam apostoli non erunt episcopi nisi mariti. ipse apostolus

episcopus esse non debuit qui dixit. Volo autem omnes sic esse ut ego sum.
Et iohannes indignus hoc gradu estimabitur. & omnes uirgines &
continentes. quibus quasi pulcherrimis gemmis ecclesiae monile
decoratur. Episcopus & presbiter & diaconus. non sunt me
ritorum nomina. sed officiorum. Nec dicitur. siquis episcopatum
desiderat bonum gradum desiderat. sed bonum opus desiderat.
quia in maiori ordine constitutus. possit si uelit occasionem
exercendarum habere uirtutum. Oportet ergo episcopum inre
prehensibilem esse. ut nulli uitio mancipatus sit. unius uxo
ris uirum. Qui unam habuerit uxorem. non habeat. sobrium. siue
ut melius in greco dicitur. uigilantem. id est ΝΗΦΑΛΙΟΝ. Pudicum.
hoc enim significat CωΦΡωΝΑ. Ornatum & castitate & mo
ribus. Hospitalem. ut imitetur abraham. & cum peregrinis
immo in peregrinis christum suscipiat. Doctorem. Nihil enim
prodest conscientia uirtutum frui. nisi & creditum sibi populum
possit instruere. ut ualeat exhortari in doctrina & eos
qui contradicunt redarguere. Non uinolentum. quia
qui semper in sanctis sanctorum est. & offert hostias. uinum & siceram non
bibit. Non uinolentum. quia in uino luxuria est. Sic bibat
episcopus. ut an biberit ignoret. Non percussorem. id est qui conscientias
non percutiat singulorum. Neque enim pugilem describit aposto
licus sermo. sed pontificem instituit quid facere non deberet.
Doceat nunc e regione quid faciat. Sed modestum. Non litigi
osum. non cupidum. domum suam bene regentem. filios haben
tem subditos cum omni castitate. Vide quanta pudicitia exi
gatur in episcopo. ut si filii eius inpudici fuerint. ipse episcopus esse
non possit. & eodem uitio offendat deum. quo offendit & heli
pontifex. qui corripuerat quidem filios. sed quia non abiecerat

delinquentes. retrorsum cecidit & mortuus est. lucerna dei antequam
extingueretur. Mulieres pudicas similiter. & reliqua. In omni gradu &
sexu tenet pudicitia principatum. Cernis igitur quod episcopi presbyteri &
diaconus non ideo sint beati quod episcopi presbyteri sunt aut diaconi. sed si
uirtutes habuerint nominum suorum & officiorum. Alioquin
si diaconus sanctior episcopo suo fuerit. num ex eo quod inferiori gra
du est. apud Christum deterior erit. Aut Stephanus diaconus qui
primus martyrio coronatus est. minor futurus est in regno celorum
multis episcopis. & thimotheo ac tito. quos ut subicere non audeo. ita
nec anteponere. quomodo in legionibus & in exercitu sunt duces. sunt
tribuni. sunt centuriones. sunt ferentarii autem. leuis armature. & miles grega
rius & manipli. commissa que pugna uacant nomina dignitatum. & sola
fortitudo queritur. ita in hoc campo & proelio quo contra doemones
dimicamus. non queruntur nomina sed opera. Et gloriosior ille
sub uero imperatore Christo. non qui nobilior sed qui fortior est. At dicis
Si omnes uirgines fuerint. quomodo stabit humanum genus. Par pari
referam. Si omnes uidue fuerint. uel in matrimonio continentes.
quomodo stirps mortalium propagabitur. Hac ratione nihil omni
no erit. ne aliud esse desistat. Verbi gratia. Si cuncti philosophi
sint. agricole non erunt. Quid loquar de agricolis. Non oratores.
non iuris consulti. non reliquarum artium preceptores. Si uniuer
si principes quis erit miles. Si omnes caput. cuius uocabuntur caput.
cum cetera membra defuerint. Vereris ne si uirginitatem plures
adpetierint. cessent esse lupae. cessent adulterae. ne infantes
in urbibus uillisque non uagiant. Cotidie moechorum sanguis ef
funditur. adulteria damnantur. & inter ipsas leges & secures ac
tribunalia flagrans libido dominatur. Noli metuere ne omnes uir
gines fiant. Difficilis res est uirginitas. & ideo rara quia difficilis.

Multi vocati pauci electi. Incipere plurimorum est. perseverare
paucorum. Unde et grande premium eorum qui perseveraverint.
Si omnes esse virgines possent. numquam et dominus diceret. Qui potest
capere capiat. Et apostolus in suadendo trepidaret. De virginibus
autem preceptum domini non habeo. Et cur inquies creata sunt genita
lia. et sic a conditore sapientissimo fabricati sumus. ut mu
tuum nostri patiamur ardorem. et gestiamus in naturalem copulam.
Periclitamur responsionis verecundia. et quasi inter duos
scopulos et quasdam necessitates et pudicitie [simplegas] CIMΠΛΑΓΑΔΑC.
hinc atque inde et pudoris et cause naufragium sustinemus. Si
ad proposita respondeamus. pudore suffundimur. Si pudor im
perarit silentium. quasi de loco videbimur cedere. et adver
sario feriendi occasionem dare. Melius est tamen clausis quod dicitur
oculis. [interpolati pugnantium genus gladiatorum] andabatarum more pugnare. quam directa spicula
clipeo non repellere veritatis. Poteram quidem dicere quo
modo posterior pars corporis et meatus per quem alvi ster
cora digeruntur religatus est ab oculis et quasi post ter
gum positus. ita et hic qui sub ventre est ad digerendos humo
res et potus quibus vene corporis inrigantur a deo conditus
est. Sed quoniam ipsa organa et genitalium fabrica et nostra femi
narumque discretio et receptacula vulve ad suscipiendos
et coalendos foetus condita sexus differentiam predicant.
hoc breviter respondebo. Numquam ergo cessemus a libidi
ne. ne frustra huiuscemodi membra portemus. Cur enim
se maritus abstineat ab uxore. cur casta vidua perseveret.
si ad hoc tantum nati sumus ut pecudum more vivamus. Aut
quid mihi nocebit si cum uxore mea alius concubuerit. Quo
modo enim dentium officium est mandere. et in alvum

ea quę sunt mansa transmittere. & non hab& crimen qui
coniugi meę panem dederit. Ita si genitalium hoc ē offici
um ut semp fruant natura sua. meam lassitudinē alteriu͛
uires sup parent. & uxoris ut ita dixerim ardentissimā
gulam fortuita libido restringat. Quid aut̄ sibi uult apts
ut ad continentiam cohortetur. si contra naturam est.
Quid ipse dns qui eunuchorū precipit uarietates. Cer
te apts qui ad suam nos puocat pudicitiam. deb& constan
ter audire. Cur portas ueretrum o paule. cur a sexu fe
minarū barba. pilis. aliisq; membrorū qualitate distin
gueris. Tue cur non intumescunt papille. non dilatan
tur renes. non pectus artatur. uox obsoletior (absolutior) est. ser
mo ferocior. hirsutius supcilium. Frustra hęc omnia
uirorum habes. si conplexu non uteris feminarum.
Conpellor aliquid loqui & insipiens fieri. sed uos me ut
loqui audeam coegistis. Dns nr̄ atq; saluator qui cum in
forma di eēt. formam serui ē dignatus adsumere. factus
oboediens patri usq; ad mortē & mortē crucis. quid ne
cesse erat ut his membris nasceret quib; usurus n̄ erat.
Qui certe ut sexum ostender&. etiam circūcisus ē. Cur
Iohannem aptm & baptistam sua dilectione castrauit. quos
uiros nasci fecerat. Qui in xpm credidimus. xpi secte
mur exempla. Etsi noueramus illū iuxta carnem. sed
iam nc non nouim eum scdm carnē. Certe in resurrecti
one eadem erit corporū substantia qua nunc utimur.
lic& auctior gloria. Nam & saluator in tantū ipsum
corpus habuit post inferos. in quo & crucifixus est.
ut manus pforatas clauis & lateris uuln ostenderit.

Porro si clausis ingressus est ihesus quod humanorum corporum
natura non patitur. ergo et petrum et dominum negabimus ue
ra habuisse corpora. quia ambulauerunt super aquas quod
contra naturam est. In resurrectione mortuorum non nubent
neque nubentur. sed similes erunt angelis. Quod alii postea in celis
futuri sunt. hoc uirgines in terra esse ceperunt. Si angelorum
nobis similitudo promittitur. inter angelos autem non est sexus
diuersitas. aut sine sexu erimus quod angeli sunt. aut certe
quod liquido comprobatur resurgentes in proprio sexu. sexus non
fungemur officio. Verum quid agimus argumentis. et pro
positiones aduersarii callida cupimus responsione supe
rare. Vetera transierunt. ecce facta sunt omnia noua. Cur
ramque per apostolorum sententias. et quomodo in salomonis exemplis
breues expositiunculas subdidi ob intellegendi facilitatem.
ita et nunc castitatis et continentie christiane exempla repli
cabo. et de multis testimoniis quasi unum corpus efficiam.
quo et nihil quod ad pudicitiam pertinet pretermittam. et
nimie prolixitatis declinem fastidium. Scribit inter ce
tera paulus apostolus ad romanos. Quem ergo fructum habu
istis tunc. in quibus nunc erubescitis. Nam finis illorum mors
est. Nunc uero liberati a peccato. serui autem facti deo. habetis
fructum uestrum in sanctificationem. finem uero uitam eternam.
Puto quod et nuptiarum finis mors sit. fructus autem sanctificatio
nis qui ad uirginitatem uel ad continentiam pertinet. uita
pensatur eterna. Ac deinde. Itaque fratres mei et uos mortifi
cati estis legi per corpus christi. ut sitis alterius qui ex mortuis
resurrexit ut fructificemus deo. Cum enim essemus in carne.
passiones peccatorum que per legem erant. operabantur in membris

nr̄is. ut fructificarent morti. Nunc aut̄ soluti sum̄ a lege
mortis in qua detinebam̄. ut seruiam̄ in nouitate sp̄s. & non
in uetustate litterę. Cum inquit essem̄ in carne & non in no
uitate sp̄s. sed in uetustate litterę. faciebam̄ ea quę carnis
erant. & fructificabam̄ morti. Nunc aut̄ & mortui sumus
legi p corpus xp̄i. fructificem̄ dō ut simus eius qui ex mor
tuis resurrexit. Necnon & in alio loco cū p̄ dixiss&. scio quia
lex sp̄italis ē. & de uiolentia carnis quod crebro nos inpellat
facere quę nolumus. latius disputass&. ad extremū intulit.
Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹
Gratia dī p ih̄m xp̄m dn̄m nr̄m. Et iterum. Igitur ipse mente
seruio legi dī. carne autem legi peccati. Et nihil dampna
tionis ē his qui sunt in xp̄o ih̄u. qui non sc̄dm carnē ambu
lant. Lex enim sp̄s in xp̄o ih̄u liberabit me a lege peccati &
mortis. Ac manifestius in consequentib; doc& xp̄ianos
non ambulare sc̄dm carnem. sed sc̄dm sp̄m dicens. Qui
enim sc̄dm carnem sunt. quę sunt carnis sapiunt. Qui u̇o
sc̄dm sp̄m. quę sunt sp̄s sentiunt. Nam prudentia carnis
mors ē. prudentia aut̄ sp̄s uita & pax. qm̄ prudentia car
nis inimicitia ē in dm̄. Legi enim dī non subicit̄. nec potest.
Qui aut̄ in carne sunt. dō placere non possunt. Uos aut̄ in carne
non estis sed in sp̄u. si tamen sp̄s dī habitat in uob̄. & reliqua
usq; ad illū locū in quo ait. Ergo frs̄ debitores sumus n̄ carni.
ut sc̄dm carnē uiuam̄. Si enim sc̄dm carnem uixeritis. mo
riemini. Si aut̄ sp̄u facta carnis mortificaueritis. uiuetis.
Quicūq; enī sp̄u dī aguntur. hi filii sunt dī. Si prudentia car
nis inimicitia ē in dm̄. & qui in carne sunt dō placere non
possunt. arbitror eos qui seruiunt officio coniugali quod

prudentiam carnis diligant & in carne sint? Quare trahens
nos apts & iungens spu. deinceps loquit. Obsecro uos frs p mi-
sericordiam di. ut exhibeatis corpora ura hostiam uiuente. scam.
do placente. rationabile obsequiu urm. Et nolite conformari
huic sclo. sed reformamini in nouitate sensus uri. ut pbetis
que sit uoluntas di bona & beneplacens & pfecta. Dico enim
p gram que data e mihi. omnib; qui sunt inter uos non plus
sapere qua oportet sapere. sed sapere ad pudicitiam. Non
ad sobrietatem ut male in latinis codicib; legit. sed sapere
inquit ad pudicitiam. Siquidem grece scriptum est. ειc το cωφρο
ΝΕΙΝ. Consideremus sententiam apti. Reformamini inqit
in nouitate sensus uri. ut pbetis que sit uoluntas di bona &
beneplacens & pfecta. Quod dicit huiuscemodi e. concedit
quidem ds nuptias. concedit digamiam. & si necesse fuerit.
fornicationi & adulterio prefert etiam trigamiam.
Sed nos qui corpora nra exhibere debem hostia uiua. scam.
placente do. rationabile obsequium nrm. non quid conce
dat ds. sed quid uelit consideremus. ut pbemus que sit uolun
tas di bona. & beneplacens & perfecta. Ergo qd concedit nec
bonum nec placens e. nec perfectum. Redditq; causas. cur h
suadeat. Scientes tempus quia hora e iam nos de somno surge
re. Nunc enim ppior e nra salus. quam cu credidimus.
Nox precessit. dies autem adpropinquauit. Et in extremo.
Induimini dnm ihm xpm. Et carnis curam ne feceritis in
desideriis. Aliud e uoluntas di. aliud indulgentia. Unde ad
corinthios scribens ait. Et ego frs non potui uob loqui sicut
spiritalib; sed sicut carnalib; sicut paruulis in xpo lac uob
potum dedi non aescam. Necdu eni poteratis. sed neq; nunc

potestis. adhuc enim carnales estis. Qui animalis est non recipit
ea que spiritus dei sunt. stultitia enim illi est nec potest intellegere quia
spiritaliter diiudicatur. Iste non perfecto castitatis cibo. sed rudi
nuptiarum lacte nutritur. Sicut per hominem mors. sic et per
hominem resurrectio mortuorum. Quomodo in adam omnes mori
mur. sic in christo omnes uiuificamur. Seruiuimus in lege ueteri
adam. seruiamus in euangelio nouo adam. factus est enim
primus homo adam in animam uiuentem. et nouissimus adam
in spiritum uiuificantem. Primus homo de terra terrenus. secundus ho
mo de celo celestis. Qualis terrenus. tales et terreni. Et qualis
celestis. tales et celestes. Sicut portauimus ymaginem terreni.
portemus ymaginem celestis. Hoc autem dico fratres. quia caro
et sanguis regnum dei possidere non possunt. neque corruptio
incorruptionem hereditabit. Hoc tam clarum est. ut nulla ex
positione queat manifestius fieri. Caro inquit et sanguis
regnum dei possidere non possunt. et corruptio incorrup
tionem. Si corruptio ad omnem coitum pertinet. incorruptio
autem proprie castitatis est. premia pudicitie nuptie posside
re non possunt. Scimus enim quoniam si terrena domus huius
habitationis destructa fuerit. edificationem habeamus
ex deo. domum absque manu factam. sempiternam in celis.
In quo ingemiscimus habitaculum nostrum quod de celo est superindue
re desiderantes. Cupimus enim egredi de corpore. et ha
bitare cum christo. Propter quod et studiosissime nitimur siue in
corpore siue extra corpus placere deo. Et ut plenius ex
poneret quales nos esse uellet. in alio loco docet dicens.
Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere
christo. Quod si ad totam ecclesiam credentium uolueris referre.

& in hac desponsione xpi & maritatas & digamos & uiduas &
uirgines contineri. hoc quoq; pro nob facit. Nam dum omns ad
pudicitiam & premium uirginitatis inuitat. ostendit cunc
tis gradib; uirginitatem ee potiorem. Rursumq; ad galathas.
Ex operib; inquit legis. non iustificabitur omnis caro. Opera
legis & nuptie sunt. unde & maledicuntur in ea que non habent
filios. Quodsi conceduntur & iam in euglio. aliud e indulgen
tiam infirmitati tribuere. aliud uirtutib; premia pollice
ri. Dicam & ego nuptiatorib; meis qui post castitatem & diu
turnā continentiam subeant ad coitum. & pecudum more
lasciuiunt. Sic insipientes estis. ut cum inceperitis spu.
nunc carne consumamini. Tanta passi estis sine causa. Apts
qd continentie quib; dam nodos relaxat & dimittit frena
currentib;. propter infirmitatem carnis hoc facit. Con
tra quam scribens denuo loquitur. Dico aut. Spu ambulate.
& desideria carnis non pficietis. Caro enim concupiscit
contra spm. & sps contra carnem. Non necesse e nunc de o
perib; carnis dicere. quia et longum e. & facile potest de a
pti epta sumere qui uoluerit. Dicam tantum de spu. cuius
fructus sunt caritas. gaudium. pax. longanimitas. be
nignitas. bonitas. fides. mansuetudo. continentia. Omns
uirtutes sps. quasi solidissimum fundamentum & sublime
culmen. continentia sustentat. & ptegit. Adu sum huimo
di non e lex. Qui aut sunt xpi. carnem suam crucifixerunt
cum uitiis & desideriis. Si uiuimus spu. ambulemus & spu.
Qui cum xpo carnem nram & passiones eius desideriaq; cru
cifiximus. quid rursum ea que carnis sunt agere cupimus.
Qd cum q; seminauerit homo hec & metet. Qui seminat in

carne sua. de carne metet corruptionē. Qui autē seminat in spū.
de spū metet uitam eternam. Aestimo quod qui uxorem habet
quādiu reuertitur ad ipsum ne temptet eum satanas. in carne
seminat & non in spū. Qui autē in carne seminat. n̄ ego sed apl̄s
loquitur quod metat corruptionē. Elegit nos in xp̄o ds̄ pater
ante mundi constitutionem. ut essem̄ sc̄i & inmaculati corā
eo. & ambulauim̄ in concupiscentiis carnis facientes uolun
tates eius & cogitationū. & fuim̄ filii irę sicut & cęteri. Nunc
autē conresuscitauit & consedere nos fecit in celestib; in xp̄o.
ut deponamus secundum priorem conuersationē ueterem homi
nē qui corrūpitur iuxta desideria erroris. & aptari possit nob
illa benedictio. quę misticam ad ephesios ep̄tam tali fine con
cludit. Gr̄a cum omnib; qui diligunt dn̄m in incorruptione.
Conuersatio nr̄a in celis ē. unde & saluatorē expectam̄ dn̄m
ih̄m xp̄m. qui transfigurabit corpus humilitatis nr̄ę confor
me corporis glorię suę. Quęcūq; ergo sunt uera. quęcūque
pudica. quęcumq; iusta. quęcūq; ad castitatē pertinentia. his
copulemur. hec sequamur. Reconciliauit nos xp̄c in corpore
suo dō patri per mortem. & exhibuit scōs & inmaculatos &
absq; ulla rep̄hensione coram se. in quo & circūcisi sumus
circūcisione non manu facta. in expoliatione carnis corpo
ris. sed in circūcisione xp̄i. consepulti ei in baptismate. in quo
& resurreximus. Si ergo surreximus cū xp̄o. ea quę sursum
sunt queramus. ubi xp̄c ē in dextera dī sedens. ea sapiamus
quę sursū sunt. non quę super terram. Mortui enī sum̄. et ui
ta nr̄a abscondita ē cum xp̄o in dō. Cum xp̄c apparuerit
uita nr̄a. tunc & nos apparebim̄ cū ipso in gl̄a. Nemo
militans dō implicat se negotiis. ut possit ei placere cui

se elegerit. Apparuit enim grā saluatoris omnib; hominib; erudiens nos. ut abnegantes impietatē & secularia desideria caste & iuste & pie uiuamus in p̄senti sc̄lo. Dies me deficient si uoluero omīa castitatis de ap̄to precepta memorare. Ista sunt. de quib; ad ap̄tos dn̄s loquebatur. Adhuc multa habeo uob dicere. sed non potestis portare modo ea. Cū autem uenerit ille sp̄s ueritatis. docebit uos omnem ueritatem.
Post crucem xp̄i statim in actib; ap̄toꝝ una dom⁹ philippi euanglāe quadrigā producit uirginū filiarum. ut cesarea in qua ex gentib; ecc̄la p centurionem cornelium fuerat dedicata. & iam uirginū puellarū p̄beret exempla. Cūq; dn̄s in eug̃lio dixerit. lex & pphete usq; ad iohannē. iste q̄ uirgines erant. & post iohannem pphetasse referuntur.
Neq; enim poterant ueteris testamenti lege retineri. que uirginitatis fulserant claritate. Transeam⁹ ad iacobum qui fr̄ dn̄i dicebat̄. tante scītatis tanteq; iustitie & perpetue ac uirginitatis extiterat. ut iosephus quoq; historicus iudeoꝝ propter huius necem subuersam hierosolimā referat.
Hic primus ep̄s ex iudeis hierosolime credentis ecc̄le. ad quē paulus cum tito barnabaq; pgebat loquit̄ in ep̄la sua.
Nolite errare fr̄s mei dilecti. Om̄e datum bonū & omnis pfecta donatio desursum ē. descendens a patre luminum. apud quē non ē differentia aut auersionis umbraculū.
Volens genuit nos uerbo ueritatis. ut sim⁹ primitie creaturarū eius. Uirgo mistice uirg̃itatē docet. Om̄e pfectum donum desursum descendit. ubi non sunt nuptie. & descendit non a quolibet. sed a patre luminū qui dicit ad ap̄tos. Uos estis lux mundi. Apud quem non ē differentia.

iudaei siue gentilis. Nes illa umbra quae uersabatur in lege.
premit eos qui de nationib; crediderunt. Sed uerbo nos genu
it. & uerbo ueritatis. quia umbra & imago & quae dam species
ueritatis p cessit in lege. Ut simus primitiae creaturarum eius.
Et quomodo ipse primogenitus ex mortuis omis in se mortuos
suscitauit. sic ipse uirgo primitias uirginu suox in se uirgine
dedicauit. Petrus quoq; quid de uocatione gentiu sentiat con
templemur. Benedictus ds & pater dni nri ihu xpi qui secdm
magnam misericordiam suã regenerauit nos in spe uitae. p re
surrectionem ihu xpi ex mortuis. in hereditate incorruptã
& inmaculatam & inmarcessibilem quae seruatur in caelis.
in uos qui in uirtute di custodimini p fidem in salute quae p pa
rata est reuelari in tempore nouissimo. Ubi incorrupta p
dicatur hereditas. & inmaculo & inmarcessibilis & p para
ta in caelis. & in te pus nouissimũ reseruata spes uitae aet
nae. quando non nubent neq; nubentur. ibi alienis uer
bis uirginitatis. priuilegia describuntur. Nam & in con
sequentib; hoc ipsum docet. Propter hoc accincti lumbos
mentis urae. uigilantes pfecte sperate in ea grã. quae
uobis deferendae in reuelatione ihu xpi. Quasi filii
obedientiae non conformemini prioribus in ignorantio
ne urã desideriis. sed secdm eum qui uos uocauit sanctum.
& ipsi sci estote in omni conuersatione. Scriptum est enim.
Sci estote. quia & ego scs sum. Neq; enim corruptibili argento
& auro redempti sum. sed pretioso sanguine inmaculati
agni xpi ihu. ut castificem animas nras. in oboedientia
ueritatis renati. non ex corru corruptibili. sed in in
corruptione p uerbũ uiuentis di & permanentis in secta.

Et sicut lapides uiui aedifficemur in domum spiritalem · sanctum sacerdo
tium offerentes uictimas spiritales · per ihesum christum dominum nostrum ·
Nos enim sumus genus electum · regale sacerdotium · gens sancta ·
populus adquisitionis; Xpistus pro nobis carne mortuus est · Ar
memur eadem conuersatione qua xpistus · quoniam qui passus est carne
quieuit a peccato · ut nequaquam in desideriis hominum sed in uo
luntate dei reliquum in carne tempus exigamus ·
Sufficit enim nobis praeteritum tempus · quando ambulauimus in
luxuriis & desideriis ceterisque uitiis · Grandia nobis & pretio
sa uirginitatis promissa donauit ut per hanc effitiamur diuinę
consortes naturę fugientes eam quę in mundo est concupiscen
tiam corruptionis · Nouit dominus sanctos de temptatione eruere ·
& iniquos cruciandos in diem reseruare iudicii · Precipue il
los qui post carnem in desideriis pollutionis ambulant · & do
minationes despiciunt · audaces & procaces · Isti enim quasi
inrationabilia iumenta · in uentrem & libidinem proni sunt ·
blasphemantes · qui in corruptione sua & corrumpentur ·
Recipientque mercedem iniquitatis luxuriam · qui putant de
licias esse · iustitiam sordis & maculae · & nihil aliud nisi de uo
luptatibus cogitantes · Qui habent oculos plenos adulte
rio & insatiabili libidine · & decipiunt animas · necdum xpisti
caritate robustas · Loquuntur enim uerba tumentia · &
indoctos facile inlecebris carnis inretiunt · Repromit
tentes eis libertatem · cum ipsi serui sint corruptionis · Unus
quisque enim ei subiacet passioni · a qua uincitur · Quod
si fugientes quam coinquinationem mundi · per scientiam salua
toris ihesu xpisti · iisdem rursus superantur quae ante supe
rarant · facta sunt eis nouissima peiora prioribus · Meliusque ·

eis erat non nosse uiam iustitiae. quam post notitiam eius
post tergum redire. & relinquere sanctum mandatum quod
eis traditum fuerat. Completumque est in eis uerissimum illud pro
bium. Canis reuertens ad uomitum suum. & sus lota in
uolutabro luti; Nolui omnem locum sanctae petri epistolae ponere.
ne longum facerem. sed tantummodo ostendi spiritus sancti uatici
nio huius temporis doctores & heresim prenuntiatam.
Denique manifestius eosdem notat dicens. Venient enim
in nouissimis diebus illusores seducentes. iuxta propria de
sideria ambulantes. & cetera; Descripsit sermo apostolicus
iouinianum loquentem buccis tumentibus & inflata uerba
trutinantem. repromittentem in caelis libertatem. cum ipse uitiorum
seruus sit atque luxuriae. canis reuertens ad uomitum
suum. Nam cum monachum se iactet esse. & post sordidam
tunicam & nudos pedes & cibarium panem & aquae potum.
ad candidas uestes & nitidam cutem. ad mulsum & ela
boratas carnes. ad iura apitii & paxamici. ad balneas quoque
ac fricticulas & popinas se conferat. Manifestissimum est
quod terram caelo. uitia uirtutibus accipiens se rem praeferat xpo
& purpuram coloris eius putet regna caelorum. Et tamen
iste formosus monachus. crassus. nitidus. dealbatus. &
semper quasi sponsus incedens aut uxorem ducat. ut equa
lem uirginitatem nuptiis probet. aut si non duxerit. frustra
contra nos uerbis agat. cum opere nobiscum sit. Sed & io
hannis in eadem uerba concordat. Nolite diligere mundum
neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum
non est dilectio patris in eo. Quoniam omne quod est. desiderium
carnis est. & desiderium oculorum. & superbia huius uitae

que non est de patre sed de mundo est. Et mundus preterit. & deside
rium eius. Qui autem facit uoluntatem dei. manet in eternum.
Mandatum nouum scribo uobis quod est uerissimum & in xpo & in uob
quia tenebre preterierunt. & lux iam lucet. Et rursum. Carissimi
nunc filii dei sumus. et necdum apparuit quid futuri sumus.
Scimus autem quoniam si apparuerit. similes eius erimus. quia uidebi
mus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem. castificat
semet ipsum sicut & ille castus est. In hoc perfecta est nostra ca
ritas. si fiduciam habeamus in die iudicii. ut quomodo il
le est. sic & nos simus in hoc seculo. Epistola quoque iude tale quid sig
nificat. Odientes & carnis pollutam tunicam. Legamus &
apocalipsin iohannis. & ibi repperiemus agnum super montem
sion. & cum illo centum xl iiii milia signatorum haben
tium nomen eius & nomen patris eius scriptum in fronti
bus suis. qui cantant canticum nouum. & nemo potest dice
re canticum illud. nisi hi qui empti sunt de terra. Isti sunt
qui cum mulieribus se non coinquinauerunt. uirgines enim
permanserunt. Hi sunt qui secuntur agnum quocumque uadit.
Empti enim sunt ex hominibus primitie deo & agno. & in
in ore ipsorum non est inuentum mendatium. et sine macula
sunt. De singulis tribubus excepta tribu dan. pro qua
reponitur tribus leui. duodecim milia uirginum signatorum
crediturra dicuntur. qui cum mulieribus non sunt coinqui
nati. Ac ne putaremus de his dici qui scorta non norant.
statim intulit. uirgines enim permanserunt. Ex quo osten
dit omnes qui uirgines non permanserunt ad comparationem
purissime & angelice castitatis & ipsius domini nostri ihesu xpisti
esse pollutos. Hi sunt qui cantant canticum nouum quod nemo

potest cantare nisi qui uirgo e. Hi sunt primitie di & agni
& sine macula. Si uirgines primitie di sunt. ergo uiduae
& in matrimonio continentes erunt post primitias. id est in
scdo tertio gradu. Nec prius perditus populus saluari po
terit. nisi tales hostias castitatis xpo optulerit. et imma
culatu agnum purissimus uictimis reconciliarit. Infi
nitum e decem de euglio uirginum exponere sacramtu
quinq. stultaru & quinq. sapientum. Hoc solu nunc dico.
qd quomodo absq. ceteris operib; uirginitas sola non sal
uat. sic omia opera absq. uirginitate. puritate. continen
tia. castitate inperfecta sunt. Ex quo nequaqua nos illud
poterit inpedire. qd aduersarius obicit. fuisse dnm
in chana galilee & nuptiaru festa celebrasse. qdo aquas
uertit in uinum. Hoc enim breuissime respondebo. qd
qui octaua die circu cisus e. & p quo par turturu & duo
pulli colubarum die purgationis oblati sunt cu ceteris
ante quam pateretur iudaica consuetudine comproba
uit. ne illis occasione iuste se interficiendi tribueret unde
retur quasi lege destruens. damnansq. naturam. Quaq p
& hoc p nob faciat. Qui enim semel iuit ad nuptias. semel
docuit ee nubendu. Et nunc uirginitati possu officere.
si nuptias post uirginitate. & uiduitatis castimoniam
non in gradu tertio ponerem. Nunc aut cu hereticoru
sit damnare coniugia. & dispernere conditionem
quicquid de laude dixerit nuptiaru libenter audim.
Ecclesia enim matrimonia non damnat sed subicit. Nec
abicit. sed dispensat. Sciens ut supra diximus in domo
magna non solu ee uasa aurea & argentea. sed & lignea.

& fictilia · & alia ee in honore · alia in contumelia · Et qui
cumq; se mundauerit · eum futuru ee uas honorabile · &
necessarium in omne opus bonu preparatu · Satis abundeq;
xpianę pudicitię & uirginitatis angelicę de diuinis libris
exempla p̄tulim' · Sed qm intellexi in commentariis
aduersarii prouocari nos & iam ad mundi sapientiam.
qd numquam hoc genus in sęculo sit probatum · & nouum
dogma contra naturam religio nra prodiderit · percur
ram breuiter grecas & latinas barbarasq; historias · & do
cebo uirginitatem semper tenuisse pudicitię principatu.
Nota [illegible] Referr' fabulę atalanten calydoniam uirginem semper
in uenatib; · semp in siluis · non tumentes uteros feminaru
fastidiaq; conceptuum · sed expeditam & castam amasse
uirtutem · Harpalicen quoq; uirginem traciam · insig
nis poeta describit · Et reginam uulscoru camillam ·
qua turnus cui auxilio uenerat laudare uolens · n habuit
qd amplius diceret · nisi uirgine nominaret · O decus
italię uirgo · Calcooecos quoq; illa fili leo uirgo pp & ua
pestilentiam patrię scribitur spontanea morte soluisse
& ephigenię uirginis sanguis aduersos placasse uentos ·
Quid referam sybillas erithream atq; cumana & octo
reliquas · Nam uarro decem fuisse autumat; quarum
insigne uirginitas e & uirginitatis premium diuinatio ·
N Quodsi eolico genere sermonis sybilla theobule appellat' ·
recte consilium di sola scribit' nosse uirginitas · Casandra
quoq; & chrisin uates apollinis · ac iunonis · uirgines legi
mus · Et sacerdotes dianę tauricę & uestę innumerabi
les extiterunt · Quaru una minutia propter suspitione

stupri uiua defossa ē. In iusta ut reor pena. nisi grande
crimen putaret' lesa uirginitas. Certe romanus populus
quanto honore uirgines semp habuerit hinc apparet. qd
consules & imperatores & in curribus triumphantes. qui
de superatis gentib; tropea referebant. cum & omis dignita
tis gradus eis de uia cedere solitus sit. claudia uirgo uesta
lis cu in suspicione uenisset stupri. & simulachru matris
deę in uado tiberis hereret. ad comprobanda pudicitiam
suam fertur cingulo duxisse nauem. qua multa milia ho
minum trahere nequiuerant. Melius tam inquit lucani
poetę patruus cu illa eet actum. si hoc qd euenit ornamtu
potius explorate fuisse pudicitię qua dubię patrocinium.
Nec miru hoc de hominib;. cu mineruā quoq; & dianam
uirgines deas finxerit error gentilium. & inter .xiicim. sig
na celi quib; mundum uolui putant uirgine collocarint.
Magna iniuria nuptiaru ut ne inter scorpios quide & cen
tauros. & cancros. & pisces. & egocerotas uxore maritu q;
contriuserint. Triginta atheniensium tyranni cu phy
done necassent in conuiuio. filias eius uirgines ad se ue
nire iusserunt. & scortoru more nudari. ac sup pau
menta patris sanguine cruentata. inpudicis gestibus
ludere. Quę paulisp dissimulato dolore cu temulentos
conuiuas cernerent. quasi ad requisita naturę egredien
tes inuice se coplexę precipitauerunt in puteum ut uirgi
nitate morte seruarent. Demotionis Ariopagitarum
principis uirgo filia. audito sponsi leosthenis interitu
qui bellu lamiacu concitarat. se interfecit. adserens
quāquā intacta eet corpore. tamen si alteru accipere

cogeretur. quasi secundum acciperet. cum priori mente nupsisset.
Spartiatę & messenii diu inter se habuere amicitias. in tan
tum ut ob quędam sacra etiam uirgines ad se mutuo mit
terent. Quodam igitur tempore cum quinquaginta uirgines
lacedemoniorum messenii uiolare temptassent. de tanto nu
mero ad stuprum nulla consensit. sed omnis libentissime pro pudi
citia occubuerunt. Quam obrem graue bellum & longis
simum concitatum est & post multum temporis mamertina
subuersa. Aristoclides orchomeni tyrannus adamauit
uirginem stymphalidem. quę cum patre occiso ad templum
dianę confugisset & simulacrum eius teneret nec ui posset
auelli. in eodem loco confossa est. Ob cuius necem tanto omnis
archadia dolore commota est. ut bellum publice sumeret. &
necem uirginis ulcisceretur. Aristomenes messenius. uir
iustissimus. uictis lacedemoniis & quodam tempore noctur
na sacra celebrantibus. quę uocabantur hiacintina. rapuit
de choris ludentium uirgines quindecim. & tota nocte
gradu concito fugiens excessit de finibus spartanorum. Cumque
eas comites eius uellent uiolare. monuit quamdiu potu
it ne facerent. Et ad extremum quosdam non parentes
interfecit. cęteris metu coercitis. Redemptę postea
a cognatis puellę. cum aristomenem uiderent cędis re
um fieri. tamdiu ad patriam non sunt reuersę. quamdiu
iudicum aduolutę genibus. defensorem pudicitię suę
cernerent absolutum. Quo ore laudandę sunt scędasi
filię in leuctris boeotię. Quas traditum est absente pa
tre duos iuuenes prętereuntes iure hospitii suscepisse.
Qui multum indulgentes uino. uim per noctem intu

lere uirginibus. Quę amissę pudicitię nolentes superuiuere.
mutuis uulneribus conciderunt. Iustum est et locridas uirgines
non tacere. quę cum ilium mitterentur ex more per annos
circiter mille. nulla obsceni rumoris et pollutę uirgini
tatis ullam fabulam dedit. Quis ualeat silentio preterire
septem milesias uirgines. quę gallorum impetu cuncta uas
tante. ne quid indecens ab hostibus sustinerent. turpitu
dinem morte fugerunt. et exemplum sui cunctis uirginibus
relinquentes. honestis mentibus magis pudicitiam curae
esse quam uitam. Nicanor uictis thebis atque subuersis. unius
captiuę uirginis amore superatus est. Cuius coniugium expe
tens et uoluntarios amplexus quod scilicet captiua optare
debuerat. sensit pudicis mentibus plus uirginitatem esse quam
regnum. et interfectam propria manu flens et lugens a
mator tenuit. Narrant scriptores grecię et aliam the
banam uirginem. quam hostis macedo corruperat. dis
simulans paulisper dolorem. et uiolatorem uirginitatis
suę iugulasse dormientem. seque interfecisse cum gaudio.
ut nec uiuere uoluerit post perditam castitatem. nec ante
mori quam sui ultor existeret. Apud gymnosophistas
indię quasi per manus huius opinionis auctoritas traditur
quod buddam principem dogmatis eorum e latere suo
uirgo generarit. Nec hoc mirum de barbaris. cum mineruę
quoque de capite iouis et liberum patrem de femore eius procrea
tos. doctissima finxerit grecia. Speusippus quoque so
roris platonis filius. et clearcus in laude platonis et ana
xilides in secundo libro philosophię perictionem matrem
platonis. phantasmate apollinis oppressam ferunt.

& sapientie principem non aliť arbitrant. nisi de partu uir
gis editum. Sed & timeus scribit pytagore uirginem filiā
choro uirginum pfuisse. & castitatis eas instituisse doc
trinis. Diodorus socraticus quinq. filias dialecticas insig
nis pudicitie habuisse narrat. de quib; & philo carneadis
magister. plenissimā scribit historiam. Ac ne dnm salua
torem de uirgine peretatum. romana exprobrat & poten
tia. auctores urbis & gentis sue ilia uirgine & marte geni
tos arbitrant. Hec de uirginib; scti currens p multiplices
historias. & pperans sermo pstrinxerit. ueniā ad mari
tatas. que mortuis uel occisis priorib; maritis supuiuere
noluerunt. ne cogerent secūdos nosse concubitus. & que mi
re unicos amauerunt maritos. ut sciamus digamiam
etiam apud ethnicos repbari. dido soror pigmalionis
multo auri & argenti pondere congregato africam naui
gauit. ibiq. urbem carthaginē condidit. Et cum ab hiar
ba rege libie in coniugium peteret. paulisp distulit
nuptias donec conderet ciuitatē. Nec multo post extruc
ta in memoria mariti quondā sychei pira. maluit arde
re quā nubere. Casta mulier cartaginē condidit. & rur
sum eadem urbs in castitatis laude finita ē. Nam hasdruba
lis uxor capta & incensa urbe cum se cerneret a romanis
eē capiendam. adprehensis ex utroq. latere paruulis filiis
in subiectum domus sue deuolauit incendium. Quid lo
quar nicerati coniugem que inpatiens iniurie uiri. mor
tem sibi ipsa consciuit. ne triginta tyrannorū quos lisan
der uictis athenis inposuerat libidinē sustineret. Arte
misia quoq. uxor mausoli insignis pudicitie fuisse phibet.

Que cum essæ regina carie & nobilium poetarum atq· histori
corum laudib; predicetur· in hoc t maxime effertur· qđ defun
ctum maritu sic semp amauit ut uiuum· & mire magnitu
dinis ac pulchritudinis extruxit sepulchrum· Intantu ut usq·
hodie omia sepulchra pretiosa ex nomine eius mausolea
nuncupentur· Teuta illiorū regina· ut longo tempore ui
ris fortissimis imperaræ· & romanos sepe frangeræ· mi
raculo utiq· meruit castitatis; Indi· ut omis pene barbari·
uxores plurimas hnt· Apud eos lex ē· ut uxor carissima
cum defuncto marito cremæur· Hæ igitur contendunt
inter se de amore uiri· & ambitio sūma certantium est·
ac testimonium castitatis digna morte decernit· Itaque
uictrix in habitu ornatuq· pristino iuxta cadauera accubat·
amplexans illud & deosculans· & suppositos ignes· pudici
tie laude contēpnens· Puto que sic moritur· secđas nuptias
n̄ requirit· Alcibiades ille socraticus· uictis atheniensibus·
fugit ad pharnabazum· Qui accepto pẗio a lysandro
principe lacedemoniorū· iussit eum interfici· Cum que
suffocato caput essæ ablatum· & missū lysandro in testimo
nium cedis explete· reliqua pars corporis iacebat insepul
ta· Sola igitur concubina contra crudelissimi hostis impe
rium· inter extraneos & imminente discrimine· funeris
iusta persoluit· mori parata p mortuo· quem unū dile
xerat· Imitentur matrone & matrone xpiane saltē con
cubinarū fidem· & prestent libere· qđ captiua seruauit·
Strato regulus sidonis manu ppria se uolens confodere·
ne imminentib; persis ludibrio foræ· quorum foedus
egiptii regis societate neglexerat· retrahebatur formidi
ne

& gladium quem arripuerat circumspectans. hostium pau
latim expectabat aduentum. Quem iam iamque capiendum uxor
intellegens. extorsit acinacem e manu. & latus eius trans
uerberauit. Compositoque ex more cadaueri se morientem
superiecit. ne post uirginalia foedera alterius coitum susti
nerę. Xenophon in cyri maioris scribit infantia occi
so abradite uiro quem phanthia uxor miro amore di
lexerat. collocasse se iuxta corpus lacerum & confosso
pectore sanguinem suum mariti infudisse uulneribus.
Iustam causam regis occidendi putauit uxor. quam ma
ritus nudam amico suo & se ignorante monstrauerat.
Iudicauit enim se non amari. quę & alteri possit ostendi.
Rhodogune filia darii post mortem uiri. nutricem quę illi
secundas nuptias suadebat occidit. Alcestin fabulę ferunt
pro admeto sponte defunctam. & penelopis pudicitia omeri
carmen est. Laodamia quoque poetarum ore cantatur. occiso
apud troiam protesilao noluisse superuiuere. Ad romanas
feminas transeam. & primam ponam lucretiam. quę ui
olatę pudicitię nolens superuiuere. maculam corporis
cruore deleuit. Duillius qui primus romę nauali cer
tamine triumphauit. biliam uirginem duxit uxorem.
tantę pudicitię. ut illo quoque seculo pro exemplo fuerit.
quo inpudicitia monstrum erat non uitium. Is iam senex
& tremente corpore. in quodam iurgio audiuit exp
bari sibi. os foetidum. & tristis se domum contulit.
N Cumque uxori questus esset quare numquam se monuisset ut hu
ic uitio mederetur. fecissem inquit illa. nisi putassem
omnibus uiris sic os olere. Laudanda in utroque pudica

& nobilis femina & si ignorauit uitium uiri · & si patienter
tulit · Et quod maritus infelicitatem corporis sui non uxoris
fastidio sed maledicto sensit inimici · Certe quae secundum
ducit maritum · hoc dicere non potest · Martia catonis
filia minor cum quaereretur ab ea cur post amissum mari
tum denuo non nuberet · respondit non se inuenire uirum
qui se magis uellet quam sua · Quo dicto eleganter ostendit
diuitias magis in uxoribus eligi solere · quam pudici
tiam · & multos non oculis sed diuitiis (l. digitis) uxores ducere.
Optima sane res · quam auaritia conciliat · Eadem
cum lugeret uirum · & matronae ab ea quaererent quem
diem haberet luctus ultimum · ait · Quem & uitae · Arbitror
quae ita uirum quaerebat absentem · de secundo non cogitabat
matrimonio · Brutus porciam uirginem duxit uxo
rem · marciam cato non uirginem · sed marcia inter
ortensium catonemque discurrit · et sine catone uiuere
potuit · porcia sine bruto non potuit · Magis enim
se unicis uiris applicant feminae · & nihil aliud nos
se · magnum artioris indulgentiae uinculum est · Annia
cum propinqui moneret ut alteri uiro nuberet · esse
ei aetatem integram & faciem bonam · nequaquam inquit
hoc faciam · Si enim uirum bonum inuenero ut ante ha
bui · nolo timere ne perdam · Si malum · quid necesse est
post bonum · pessimum sustinere · Porcia minor cum
laudaretur apud eam quaedam bene morata quae secundum
habebat maritum · respondit · Felix & pudica matro
na · numquam praeter semel nubit · Marcella maior rogata
a matre sua · gauderetne se nubisse · respondit · Ita ualde

ut amplius nolim. Ualeria mesalarum soror amisso seruio uiro nulli
uolebat nubere. Quae interrogata cur hoc faceret. ait sibi semper maritum
seruium uiuere; Sentio in catalogo feminarum multo me plura di
xisse. quam exemplorum patitur consuetudo. et a lectore erudito iuste pos
se reprehendi. Sed quid faciam cum mihi mulieres nostri temporis apostoli ingerant
auctoritatem. et necdum elato funere prioris uiri. memoriter diga
miae praecepta decantent? ut quae christianae pudicitiae despiciunt fidem.
discant saltim ab ethnicis castitatem. Fertur aureolus theophrasti
liber de nuptiis. in quo quaerit an uir sapiens ducat uxorem. Et cum defi
nisset si pulchra esset. si bene morata. si honestis parentibus. si ipse
sanus ac diues. sic sapientem inire aliquando matrimonium. statim intulit. Haec
autem raro in nuptiis uniuersa concordant. Non igitur est uxor ducenda sapi
enti. Primum enim impediri studia philosophiae. nec posse quemquam libris
et uxori pariter inseruire. multa esse quae matronarum usibus necessa
ria sunt. Pretiosae uestes. aurum. gemmae. sumptus. ancillae. supellex uaria.
lecticae. et esseda deaurata. Deinde per totas noctes garrulae conquestiones.
Illa ornatior procedit in publicum. haec honoratur ab omnibus. ego in conuentu
feminarum misella despicior. Cur aspiciebas uicinam? Quid cum ancillu
la loquebaris? de foro ueniens quid attulisti? Non amicum habere possumus. non
sodalem. Alterius amorem. suum odium suspicatur. Si doctissimus praeceptor in
qualibet urbium fuerit. nec uxorem relinquere. nec cum sarcina ire possumus.
Pauperem alere difficile est. diuitem ferre tormentum. Adde quod nulla est uxo
ris electio. sed qualiscumque obuenerit habenda. Si iracunda. si fatua. si
deformis. si superba. si foetida. quodcumque uitii est. post nuptias discimus. Equus.
asinus. bos. canis. et uilissima mancipia. uestes quoque et lebetes. sedile ligneum.
calix et urceolus fictilis probantur prius. et sic emuntur. Sola uxor non ostenditur.
ne ante displiceat quam ducatur. Attendenda semper eius est facies. et pulchritudo
laudanda. ne si alteram aspexeris. se existimet displicere. Uocanda domina.

celebrandus natalis eius. iurandum per salutem illius. ut sit superstes optandum. Honoran
da nutrix eius et gerula. seruus paternus et alumnus. et formosus assecla. et procurator
calamistratus. et in longam securamque libidinem exsectus spado. Sub quibus nominibus
adulteri delitescunt. Quoscumque illa dilexerit. ingratis amandi. Si totam
ei domum regendam commiseris. seruiendum est. Si aliquid tuo arbitrio re
seruaueris fidem sibi haberi non putabit. et in odium uertetur ac iur
gia. et nisi cito consulueris. parat uenena. Anus et aurifices et ariolos
et institutores gemmarum sericarumque uestium si intromiseris. periculum
pudicitiae est. si prohibueris. suspitionis iniuria. Uerum quid prodest etiam
diligens custodia. cum uxor seruari inpudica non possit. pudica non de
beat. Infida enim custos est castitatis necessitas. et illa uere pudica di
cenda est. cui licuit peccare si noluit. Pulchra cito adamatur. foeda fa
cile concupiscit. Difficile custoditur quod plures amant. Molestum est pos
sidere. quod nemo habere dignatur. Minore tamen miseria deformis habetur.
quam formosa seruatur. Nihil tutum est. in quo totius populi uota suspirant.
Alius forma. alius ingenio. alius facetiis. alius liberalitate sollicitat. Ali
quando expugnatur. quod undique incessitur. Quod si propter dispensationem domus et
languoris solatia. et fugam sollicitudinis ducuntur uxores. multo melius
seruus fidelis dispensator oboediens. auctoritati domini et dispen
sationi eius obtemperans. quam uxor quae in eo se estimat dominam. si ad
uersus uiri faciat uoluntatem. id est quod placet. non quod iubetur. Adsidere
autem egrotanti magis possunt amici. et uernaculae beneficiis obliga
ti. quam illa quae nobis imputet lacrimas suas. et hereditatis spe uendat
inluuiem. et sollicitudinem iactans. languentis animum desperatione con
turbet. Quod si languerit coegrotandum est. et numquam ab eius lectulo receden
dum. Aut si bona fuerit et suauis uxor quae tamen rara auis est. cum
parturiente gemimus. cum periclitante torquemur. Sapiens autem
numquam esse solus potest. Habet secum omnes qui sunt. quique umquam fuerunt boni. et animum

liberum quocumque vult transfert. Quod corpore non potest,
cogitatione complectitur. Et si hominum inopia fuerit, loquitur
cum deo. Numquam minus solus erit, quam cum solus fuerit. Porro libe
rorum causa uxorem ducere, ut vel nomen nostrum non intere
at, vel habeamus senectutis praesidia, et certis utamur heredibus,
stolidissimum est. Quid enim ad nos pertinet recedentes e mundo,
si nomine nostro alius non vocetur. Cum et filius non statim
patris vocabulum referat, et innumerabiles sint qui eo
dem appellentur nomine. Aut quae senectutis auxilia
sunt nutrire domi, qui aut prior te forte moriatur, aut
perversissimis moribus sit, aut certe cum ad maturam venerit
aetatem, tarde ei videaris mori. Heredes autem meliores
et certiores sunt amici et propinqui, quos iudicio eligas,
quam quos velis nolis habere cogaris. Licet certa sit heredi
tas, dum advivis bene abuti substantia tua, quam tuo labore
quaesita in incertos usus relinquere. Haec et huiuscemo
di theophrastus disserens, quem non suffundat christianorum
quorum conversatio in caelis est, qui cotidie dicunt: Cupio
dissolvi et esse cum christo. Heres enim mirum desiderabit homi
nem coheres christi, et optabit liberos, nepotumque serie delec
tabitur, quos forsitan sit occupaturus antichristus. Cum legamus
moysen et samuelem filiis suis alios praetulisse, nec pu
tasse liberos, quos videbant domino displicere.
Cicero rogatus ab hirtio ut post repudium terentiae soro
rem eius duceret, omnino facere supersedit, dicens non pos
se se et uxori et philosophiae pariter operam dare. Illa in
terim coniux egregia, et quae de fontibus tullianis
hauserat sapientiam, nupsit salustio inimico eius.

& tertio messale coruino. & per quosdam (quasi) gradus eloquentie
deuoluta est. Socrates xanthippen & mironneptem aristi
dis. duas habebat uxores. Que cum inter se crebro iurgarent.
& ille eas inridere esset solitus. quod propter se foedissimum ho
minem. simis naribus. recalua fronte. pilosis umeris. & repan
dis cruribus; disceptarent. nouissime uerterunt in eum impetum.
& male multatum fugientemque diu persecute sunt. Quodam autem
tempore cum infinita conuicia ex superiori loco ingerenti xantip
pe restitisset. aqua perfusus inmunda. nihil amplius
respondit. quam capite deterso. sciebam inquit fu
turum. ut ista tonitrua imber sequeretur. Lucii sil
le felicis si non habuisset uxorem. metella coniunx
palam erat inpudica. Et quia nouissimi mala
nostra discimus. id athenis cantabatur. & silla ig
norabat. secretaque domus sue primum hostium conui
cio didicit. Gneo pompeio muciam uxorem inpu
dicam quam pontici spadones & mitridatice
ambiebant caterue. cum eum putarent ceteri
scientem pati. indicauit in expeditione commi
lito. & uictorem totius orbis tristi nuntio con
sternauit. Marcus cato censorius habuit uxorem
actoriam paulam humili loco natam. uiolentem.
inpotentem. & quod nemo possit credere. cato
ni superbam. Hoc ideo. nequis putet si pauperem
duxerit satis se concordie prouidisse. Philip
pum regem macedonum contra quem demos
thenis (libri) philippice tonant introeuntem ex more
cubiculum. uxor exclusit irata. Qui exclusus

tacuit · & iniuriam suam uersu tragico consolatus ē.
Gorgia rethor librum pulcherrimū de concordia
grecis tunc inter se dissidentibus recitauit olimpię.
Cui melantius inimicus eius · hic nobis inquit de con
cordia pcipit · qui se & uxorē & ancillulam tres in
una domo concordare non potuit. Aemulabatur
quippe uxor eius ancillule pulchritudinē & castis
simum uirum cotidianis iurgiis exagitabat.
Tote euripidis tragoedię · in mulieris maledicta s̄t.
Vnde & hermione loquitur · malarū me mulierum
decepere consilia. In lepti urbe semi barbara &
posita in solitudine · moris ē ut nurus altera die
socrū ollam mutuam postulet · Cui illa statī negat.
ut sciat illud uerum esse terentii · quod consul
te ambigue extulit · Quid hoc est omis socrus ode
runt nurus. Legimus quendam apud romanos
nobilē · cum eum amici arguerent · quare
uxorem formosam & castam & diuitem repu
diasset · protendisse pedem & dixisse eis · Et hic
soccus quem cernitis · ui detur nobis nouus & ele
gans · sed nemo scit preter me ubi me premat ·
Scribit herodotus · quod mulier cum ueste depo
nat & uerecundiam · Et noster comicus fortu
natum putat · qui uxorem nūquā duxerit ·
Quid referam pasiphen clitemestras & eripilas ?
Quarū prima deliciis fluens · quippe ut regis uxor ·
tauri dicitur expetisse concubitū · alia occidisse ui
rū ob amorē adulteri · tertia pdidisse amphiara
um

N

& saluti uiri monile aureum praetulisse. Quicquid tragoediae tumet,
& domos, urbes, regnaque subuertit. uxorum pelicumque conten
tio est. Armantur parentum in liberos manus. nefandae aponuntur
epulae. & propter unius mulierculae raptum. europae atque asiae
decennalia bella confligunt. Quasdam repudiatas altero nup
tiarum die statim nupsisse legimus. Uterque reprehendendus
maritus. & cui tam cito displicuit. & cui tam cito placuit. Epicu
rus uoluptatis adsertor, quamquam metrodorus discipulus eius
leontion habuit uxorem. raro dicit sapienti ineunda coniugia.
quia multa incommoda admixta sint nuptiis. Et quomodo
diuitiae & honores & corporum sanitates & ceteraque
indifferentia nominamus nec bona nec mala sunt. sed ue
lut in medio tullio posita. usu & euentu. uel bona uel mala
fiunt. ita & uxores sitas. in bonorum malorumque confinio.
Graue autem esse uiro sapienti uenire in dubium. utrum malam
an bonam ducturus sit. Riculae chrysippus ducendam uxorem
sapienti praecepit. ne iouem gamelium & genethlium uiolet. Isto enim
modo apud latinos ducenda uxor non erit. quia iouem non
habent nuptialem. Quod si deorum imputat nomina uitae
hominum praeiudicant. offendet ergo statorem iouem qui libenter
sederit. Scripserunt aristoteles & plutarchus & noster seneca
de matrimonio libros. ex quibus & superiora nonnulla sunt. & ista
que subiecimus. Amor formae, rationis obliuio est. & insaniae
proximum foedus. minimeque conueniens. Animo sospiti. uitium
turbat consilia. Altos & generosos spiritus frangit. A magnis
cogitationibus ad humillimas detrahit. Quaerulos, iracundos,
temerarios, dure imperiosos. seruiliter blandos. omnes inutiles.
ipsi nouissime amori facit. Nam cum fruendi cupiditate insania

exempla senecae

bilis flagrat. plura tempora suspitionibus; lacrimis. conquestionibus
perdit. Odium sui facit. et ipse novissime odio est. Tota amoris insecta
tio apud platonem posita est. et omnia eius incommoda lysias explicat.
quod non iudicio. sed furore ducatur. et maxime uxoris pulchri
tudini. gravissimus custos accubet. Refert praeterea seneca cog
novisse sequendam ornatum hominem. qui exiturus in publicum. fascea
uxoris pectus alligabat. et ne puncto quidem horae praesentia eius
carere poterat. potionem que nullam. nisi alternis tacta labris
vir et uxor hauriebant. Alia deinceps non minus inepta facientes.
In quae improvida vis. ardentis affectus erumpebat. Origo quidem
amoris honesta erat. sed magnitudo deformis. Nihil autem interest.
quam ex honesta causa quis insaniat. Unde et sextus in sententiis.
adulter est inquid in suam uxorem. amator ardentior. In aliena
quippe uxore. omnis amor turpis est. in sua nimius. Sapiens vir
iudicio debet amare coniugem. non affectu. Regit impetus
voluptatis. nec praeceps fertur in coitum. Nihil est foedius. quam
uxorem amare quasi adulteram. Certe qui dicunt se causa rei
publicae et generis humani uxoribus iungi et liberos tollere
imitentur saltim pecudes. et postquam uxorum venter intumuerit
non perdant filios. nec amatores se uxoribus exhibeant. sed
maritos. Quorundam matrimonia adulteriis coheserunt.
Et more improbo. Idem illis pudicitiam (prece) perunt. quam abstulerant.
Itaque cito eiusmodi nuptias. satietas solvit. Cum primum lenoci
nium libidinis abscessit. timor quod licebat eviluit. Nam
quid ait seneca. de viris pauperibus dicam. quorum in nomen
mariti et ad eludendas leges. quae contra celibes datae sunt
pars magna conducitur. quomodo potest regere mores et prae
cipere castitatem et mariti auctoritatem tenere qui nupsit.

Doctissimi viri vox est pudicitiam inprimis esse retinendam. Qua amissa om-
nis virtus ruit. In hac muliebrium virtutum principatus est. Haec pauperem
commendat. divitem extollit. deformem redimit. exornat pulchram.
Bene meretur de maioribus. quorum sanguinem furtiva sobole non vitiat.
Bene de liberis. quibus nec de matre erubescendum. nec de patre dubi-
tandum est. Bene inprimis de se. quam a contumelia externi corpo-
ris vindicat. Captivitatis nulla maior calamitas est. quam aliena
libidine trahi. viros effert militaris gloria. triumphosque dioue gentis
consecrat. Multa sunt quae ipse clara ingenia nobilitent. mulie-
ris proprie virtus. pudicitia est. haec lucretiam bruto aequavit. Ne-
scio an etiam praetulerit. quoniam brutus non posse servire. a femina didicit.
haec aequavit corneliam gracco. haec porciam alteri bruto. Notior
est marito suo tanaquil. Illum inter multa regum nomina iam abscon-
dit antiquitas. hanc rara inter feminas virtus. altius saeculorum omnium memo-
riae. quam excidere possit infixit. Mittentur ergo nuptiae theanum
cleobolina. gorgunti timocliam. claudias atque cornelias. et cum apostolum
malis mulieribus digamiam viderint ignoscentem. legant. antequam
religio nostra fulgeret in mundo. univiras semper habuisse inter matronas
decus. per illas fortunae muliebris sacra fieri solitum. nullum sacer-
dotem digamum. nullum flaminem bimaritum. hierophantas quoque
atheniensium. usque hodie cicutae sorbitione castrari. et postquam
in pontificatum fuerint adlecti. viros esse desinere. EXPLICIT
LIBER PRIMUS. INCIPIT SECUNDUS.

SECUNDA PROPOSITIO EST. EOS QUI FUERINT
baptizati. a diabolo non posse temptari. Et ne hoc stulte
dicere videatur adiecit. Quicumque autem temptati fuerint.
ostendit eos aqua tantum et non spiritu baptizatos. quod in si-
mone mago legimus. Unde et iohannes dicat. Omnis qui natus est

Consulatus illustrat eloquentia in nomen aeternum

ex deo peccatum non facit. quoniam semen ipsius in eo manet. et non potest
peccare quia ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filii dei et filii
diaboli. Et in fine epistolae. Omnis qui natus est ex deo non
peccat. sed generatio dei conservat eum. et malignus non tangit
illum. Revera fortis subiectio et quae indissolubilis permaneret.
nisi ipsius iohannis testimonio solveretur. Statim enim intulit.
Filioli. custodite vos a simulacris. Si omnis qui natus est ex deo non
peccat. et a diabolo temptari non potest. quomodo praecepit
ut caveant ne temptentur. Et in eadem rursus epistola
Si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus
et veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra.
fidelis et iustus est ut remittat nobis peccata et emundet
nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccavimus.
mendacem facimus eum. et verbum eius non est in nobis. Estimo quod
iohannes baptizatus. ad baptizatos scripserit. et quod omne peccatum
ex diabulo sit. Ille peccatorem se confitetur. et sperat remissio
nem post baptisma penitentiae. et iovinianus meus dicit ne tan
gas me quoniam mundus sum. Quid igitur? contraria sibi apostolus lo
quitur? Minime. Quippe in eodem loco cur hoc dixerit statim
edisserit. Filioli mei haec scribo vobis ut non peccatis. Sed et
si quis peccaverit advocatum habemus apud patrem ihesum christum
iustum. et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris
autem tantum. sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus quoniam cognovimus
eum. si mandata eius observemus. Qui dicit se nosse eum et mandata eius
non custodit mendax est. et in hoc veritas non est. Qui autem servat
verbum eius vere in hoc caritas dei perfecta est. in hoc scimus quoniam in ipso
sumus. Qui dicit se in ipso manere. debet sicut ille ambulavit et
ipse ambulare. Propterea inquit. Scribo vobis. filioli mei omnisque

natus est ex deo non peccat. ut non peccetis. Et tandiu uos sciatis in gene-
ratione dei permanere. quamdiu non peccabitis. Immo qui in gene-
ratione dei perseuerant. peccare non possunt. Quae enim communi-
catio. luci et tenebris. xpisto et belial est. Quomodo dies et nox mis-
ceri nequeunt. sic iustitia et iniquitas. peccatum et bona opera. xpistus
et antecristus. Si susceperimus xpistum in hospitio pectoris nostri. ilico fu-
gamus diabolum. Si peccauerimus et per peccati ianuam ingressus fuerit
diabolus. protinus xpistus recedit. Unde et dauid post peccatum.
Redde mihi laetitiam salutaris tui. scilicet quam peccando per-
diderat. Qui dicit se nosse eum. et mandata eius non custodit men-
dax est. et in hoc ueritas non est. Xpistus ueritas appellatur. Ego sum inquit
uia et ueritas et uita. Frustra nobis in eo adplaudimus cuius mandata
non facimus. Scienti bonum et non facienti illud peccatum est. Quomodo
corpus sine spiritu mortuum est. sic et fides sine operibus mortua est.
Nec grande putemus unum deum nosse. cum et demones credant et con-
tremescant. Qui dicit se in ipso manere. debet sicut ille ambulauit
et ipse ambulare. Eligat aduersarius e duobus quod uult. optionem
ei damus. Manet in xpisto an non manet. Si manet. ita ergo ambulat
ut xpistus. Si autem temerarium est similitudinem uirtutum domini polli-
ceri. non manet in xpisto. quia non ingreditur ut xpistus. Ille peccatum
non fecit. neque inuentus est dolus in ore eius. qui cum malediceretur
non remaledixit. et tamquam agnus coram tondente. sic non aperuit os suum.
Ad quem uenit princeps mundi istius. et inuenit in eo nihil. Qui cum
peccatum non fecisset. pro nobis peccatum eum fecit deus. Nos autem iuxta epistolam
iacobi multa peccamus omnes. et nemo mundus a peccatis. nec si unius
quidem diei fuerit uita eius. Quis enim gloriabitur castum se ha-
bere cor. aut quis confidet mundum se esse a peccatis. tenenturque
rei in similitudine preuaricationis adae. Unde et dauid. Ecce enim

inini quitatibus conceptus su . & in delictis concepit me mat mea . Et beatus
iob . Si fuero iustus . os meu impia loquet . Et si sine crimine . prauus
inueniar . Et si purificat in niue . & lot mundis manibus . satis me
sorde tinxisti & exsecratu e me uestimtu meu . Uerum ne penitus
desperem arbitrantes nos post peccata baptismi n posse saluari . sta
ti hoc ipsu tepo rat . Et si quis peccauerit . aduocatu habem apud
patre ihm xpm iustu . & ipse e ppitiatio p peccatis nris . Non pro
nris aut tantu . sed etia p totiu mundi . Hoc ad credentes post bap
tisma loqt . & aduocatu p delictis eo dnm pollicet . Nec dicit si qd
peccaueritis aduocatu habetis apud patre xpm . & ipse e ppitia
tio pro peccatis nris . ne eos diceres non plena fide baptismu conse
cutos . sed aduocatu inqd habem apud patre . & ipse e ppitiatio
p peccatis nris . Et n solu p iohannis illo que peccatis . sed & etiam
p totiu mundi . In toto aut mundo & apli st omsque credentes .
Ex qbus liqdo conpbat . post baptisma posse peccari . Frustra enim
aduocatu habem ihm xpm . si peccari n potest . Petrus aplus ad que
dictu fuerat . q lotus e non habet necesse ut iteru lauet . & talis
petrus & sup hanc petra aedificabo ecclam mea . ab ancilla per
territ negat . Et ipse dns . Simon simon . ecce inquid satanas
postulauit uos . ut cribraret quasi triticu . ego aut rogaui pro te
ne deficeret fides tua . Et in eodem loco . Vigilate & orate . ne in
tretis in temptatione . Sps qde promptus . sed caro infirma . Quod si an
te cruce dictu responderis . certe post cruce in oratione dominica
dicim . Dimitte nob debita nra . sicut & nos dimisim debitorib
nris . Et ne nos inducas in temptatione . sed libera nos a malo . Si n
peccauim post baptisma . cur nob pposcim peccata dimitti . que
in baptismate ia dimissa st . Quid oram ne intrem in temptatione
& ut liberem a malo . si diabolus teptare non potest baptizatos .

Aliud autē ē si ad cathecuminos haec oratio ꝑtinet. & non conuenit
fidelib; & xp̄ianis. Paulus electionis uas castigat corpus suū
& in seruitutē redigit. ne aliis ꝑdicans. ipse reprob; inueniat.
Et datᵘ ē inquit mihi angłs satanę. q̄ me colafizet. Et ad corin
thios. Timeo autē ne forte. sicut serpens decepit euam astutia
sua. corrūpantur sensus uṙi. a simplicitate quę in xp̄o ē. Et alibi.
Cui autē aliquid donatis. et ego. Nā & ego qđ donaui. ꝑpt uos in ꝑ
sona xp̄i. ut n̄ circūueniamur a satana. Non enī eius ignoram
astutias. Et rursū. Teptatio uos n̄ adp̄hendat nisi humana.
Fidelis autē ds̄ q̄ n̄ dimittit uos teptari sup id qđ potestis. sed faciet
cū teptatione & euentū ut possitis sustinere. Et q̄ sibi uidetur
stare. uideat ne cadat. Et ad galatas. Currebatis bene. quis
uos inpediuit ueritati non obedire. Et alibi. Uoluimᵘ uenire
ad uos ego q̄de paulᵘ & semel & iterū. sed inpediuit nos satanas.
Et ad maritos. Et iterū ad id ipsū. Ne teptat uos satanas ꝑpt
incontinentiā uṙam. Et rursū. Dico autē spū ambulate. & de
sideriū carnis n̄ ꝑficietis. Caro enī adu̅s spm̄ & sp̄s adu̅sus carnē
Haec inuicē adu̅santur sibi ut n̄ quę uultis illa faciatis. Ex utroq;
compacti. necesse ē ut utriusq; contra se substantiae bella patiam.
Et ad efesios. Non ē uob pugna adu̅sus carnē. & sanguinē. Sed
adu̅sus principatᵘ. & potestates. adu̅sus rectores tenebrarū ista
rū. adu̅sus spiritalia neq̄tiae in caelestib;. Et aestimat aliquis secu
ros & dormientes. nos eē debere post baptisma. Nec n̄ & ad ebreos.
Inpossibile ē enī eos q̄ semel fuerunt inluminati. & gustauerunt
donū caeleste & participes facti sunt sp̄s sc̄i. Gustauerunt nihil
ominus bonū dī ūbū. uirtutesque sc̄li futuri & ꝑlapsi sunt. re
nouari iterū ad penitentiā. rursus cruci figentes. sibimet
ipsis filiū dī & ostentui habentes. Certe eos q̄ inluminati sunt.

& gustauerunt donum cęleste. & participes facti sunt sp̄s sc̄i.
gustauerunt que bonum di uerbum. negare ñ possum̄ bap
tizatos. Sicut baptizati peccare non possunt quomodo
nunc apl̄s dicit & prolapsi sunt. Uerũ nemontan̄ & no
uat̄ hic rideant. qui contendunt non posse renouari
p̄ penitentiã eos q̄ crucifixer̄ sibimet filiũ dĩ & ostentui
habuer̄. consequent̄ hunc errorẽ soluit & ait. Confidim̄
aũt de uob̄ dilectissimi meliora & uiciniora salutis. tam
& si ita loquimur. Non enĩ iniustus ẽ ds̄ ut obliuiscatur
operis uri & dilectionis quã ostendistis in nomine ipsius.
qui ministrastis scis & ministratis. Et reuera grandis in
iustitia dĩ. si tantũ peccata puniret. & bona opera ñ susci
peret. Locuti sum inquid apl̄s. ita ut uos a peccatis retra
here. & desperationis metu facere cautiores. Ceterũ con
fido de uobis. dilectissimi meliora. & uiciniora salutis. Ne
que enim iustitię dĩ est ut obliuiscat̄ bonorũ operũ. & mi
nisterii q̄d p̄p̄t nomẽ ei. & exibuistis & exibetis in scos. & tan
tũ meminerit peccator̄. Sed et apl̄s iacobus. sciens bapti
zatos posse tẽptari. & propria cōstruere uoluntate. beat̄
ait uir q̄ suffert tẽptationẽ. quia cũ probat̄ fuerit accipi
et coronã uitae. quã repromisit ds̄ diligentibus se. Ac
ne putarem̄ secundũ illud geneseos ubi scribit̄ abraham a dõ
fuisse tẽptatũ. nos quoque tẽptari a dõ. nemo inquit cũ
tẽptat̄ dicat. q̄m a dõ tẽptatur. Ds̄ enim intẽptator malor̄
est. Ipse aũt neminẽ tẽptat. Unusquisque uero tẽptatur a
concupiscentia sua abstract̄ & inlectus. Dein concupiscentia
cum conceperit. parit peccatũ. Peccatũ uero cũ consũ
matũ fuerit. generat mortem. Liberi arbitrii nos condidit

ds. nec ad iustitiam nec ad iniustitia necessitate trahimur. Alioqn
ubi necessitas nec corona ē. Sicut in bonis operibus per
fector ē ds. non est enim uolentis neque currentis sed mi
serentis & adiuuantis di ut puenire ualeam ad calcē. sic
in malis atq; peccatis seminaria sunt. Incentiua & pfectio
diaboli. Cum uiderit nos sup fundamentū xpi aedi
ficasse. fenum. ligna. stipula. tunc supponit incendium.
Si edificemus aurū argentū lapides ptiosos. & temptare n̄
audebit. Quanquā & in hoc non sit. certa & secura pos
sessio. Sed & quippe leo in insidiis. ut in occultis inter
ficiat innocentē. Et uasa figuli probat fornax. homines
aūt iustos teptatio & tribulationes. Et in alio loco scri
bitur. Fili accedes ad seruitutē di. pparate ad teptatio
nē. Rursū idē iacob; loqr. Estote factores uerbi & non
auditores. Si quis auditor ē & n̄ factor. iste similis est
uiro qui considerat uultū natiuitatis suae in speculo.
Considerauit illud & statim recedens oblit ē qualis sit.
Frustra monuit ut iungerent opera fidei. si post baptisma
peccare n̄ poterant. Qui totā inquit legē seruauerit
& peccauerit in uno. factus ē omniū reus. Quis n̄rm absque
peccato est. Conclusit ds omīa sub delicto. ut omnibus
misereat. Petrus quoque. nouit inqt dns pios de tepta
tione eripere. Et de falsis doctoribus. hi st̄ fontes sine
aqua. & nebulę turbinib; exagitatę. quibus caligo
tenebrarū reseruat. Supba eni uanitatis loquentes.
pelliciunt in desideriis carnis luxoriae. eos q̄ paululum
effugerant & ad errorē reuisi sunt. Nonne tibi uidet
pinxisse sermo apostolic noua impertitę factionē. Aperuit

eni quasi fontes scientię quia aquā n habent doctrinarū. Promittunt
imbrē uelut nubes propheticae. ad quas peruenit ueritas di. & tur
binibus exagitant demonū atq; uitiorū. Loquunt grandia & totꝰ
eorꝫ sermo supbiae. Inmundus autē ē apud dm̄. omis qui exaltat
cor suū. Ut qui paululū refugerant a peccatis. ad suū reuitant
errorē & suadent in luxoria ciborū carnisq; diliciis. Quis enī n libent
audiat manducem & bibam. & in ęternū regnabim. Sapientes & pru
dentes prauos uocant. eos uero q dulces st in sermonibus plus audiunt.
Iohs apls. immo in iohanne saluator scribens anglo ecclę ephesi.
scio inquit opera tua. & laborē & patientiā tuā. Et q̄a sustinuisti
ppt nom meū. & n defecisti. Sed habeo aduersus te. qd caritatē
tuā primā reliquisti. Memor esto unde cecideris. & age peni
tentiā. & prima opera tua fac. Sin autē. ueniā tibi & mouebo
candelabrū tuū de loco nisi penitentiā egeris. Similiter
ceteras ecclas. smyrnā. pgamū. thiatirā. sardis. filadelfiā.
laodiciā. ad penitentiā prouocat. & nisi reuitant ad opa pris
tina cominatr. Et in sardis paucos habere se dicit. q n coinq
nauerint uestimta sua. & ambulaturi sint cū eo. in albis q dig
ni sunt. Cui autē scribit memto unde cecideris. & ecce missurꝰ ē
diabolus. ex uob in carcerē ut tēptemini & scio ubi habitas. ubi
sedes ē satanę. & in mente habe qualit acceperis & audieris. &
serua. & penitentiā age & rlq. Utique ei dicit. q credidit
& baptizat ē & stans quondā corruit p delictū. Paulus p de ue
teri testamto exempla distulerā qa solent ubicūque contra
eos fecit dicere. q al & & prophetę usque ad iohannē. Ceterū
q̄s ignoret sub altera dispensatione di omis retro scos eiusdē fuisse
meriti cui' nc meriti xpiani st. Quomodo ante abrahā placuit
in coniugio. sicut uirgines placent in ppetua castitate. Seruiuit

ille legi & tempori suo, seruiam & nos legi et tempori nostro in quos
fines saeculorum decurrerunt. Dauid electus secundum cor domini qui omnes eius
fecerat uoluntates & qui in quodam psalmo dixerat. Iudica me
domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum in domino sperans non
infirmabor. Proba me domine et tempta me ure renes meos & cor
meum; postea temptatur a diabulo. et post peccatum penitens loquitur.
Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Magnum peccatum.
magna deleri uult misericordia. Salomon amabilis domini. & cui bis
deus fuerat reuelatus. quia amator mulierum fuit. a dei amore discessit.
Mannassem impiissimum regem post captiuitatem babyloniam. In pris
tinam dignitatem. liber dierum restitutum refert. Et iosias uir sanctus
in campo magedo. ab aegyptio rege confoditur. Ihesus quoque filius
iosedec sacerdos magnus. quanquam in typo praecesserit saluatoris.
qui nostra peccata portauit. & alienigenam sibi ex gentibus copu
lauit ecclesiam. tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus indu
citur & stat diabolus a dextris eius. & candida illi deinceps uestimenta
redduntur. Superfluum est de moysi & aaron scribere. quod ad aquam con
tradictionis offenderunt dominum. & terram repromissionis non intrauerunt.
cum beatus iob. angelos quoque & omnem creaturam. peccare posse comme
moret dicens. Quid enim. numquid homo coram domino mundus est. aut
ab operibus suis sine macula uir. si contra seruos suos non credit.
& aduersum angelos suos prauum quid repperit. quanto magis habitan
tes in domibus luteis de quibus & nos ex eodem luto sumus. Temptatio enim
est uita hominum super terram. Et cecidit lucifer qui mittebat ad uniuer
sas nationes. & ille qui in paradyso diliciarum & inter duodecim nutritus est
lapides. uulneratus a monte domini ad inferna descendit. Unde &
saluator in euangelio. Uidebam inquit satanan. quasi fulgur
de caelo cadentem. Si altissima illa sublimitas cecidit. quis cadere

non possit. Si in caelo ruinae, quanto magis in terra! Et tamen cum ceciderit lucifer, immo post casum coluber antiquus, virtus eius in lumbis eius, et potestas eius super umbilicum ventris. Obumbrant in eo arbores magnae, et dormit iuxta iuncum et calamum et caricem. Ipse est rex omnium quae in aquis sunt. Ubi scilicet et voluptas et luxuria, et propago et inrigatio nuptiarum. Quis enim denudavit faciem vestitus eius, et potestas vultus eius quis aperiet? Sagittant in eo nationes Aethiopum, et partiuntur eum Phoenicum gentes. Ac ne forsitan incauta legentis cogitatio putaret eas tantum Phoenicum gentes, quos et populum Aethiopum significari quibus dracones caput dandus sit, statim de his qui per mare huius saeculi transeunt, et ad portum salutis pervenire festinant dicitur: Et in navibus piscatorum caput eius. Stat sicut incudo infatigabilis; reputat ferrum ut paleas, et aes sic lignum putre aes. Et omne aurum maris sub eo est. Sicut lutum fervescere facit abyssum, sicut vas aeneum aestimat mare. Sicut deletum et tartarum abyssi ut captivum; omne altum videt. Et arbitratur Iovinianus noster facile sibi eum posse succumbere. Quid loquar de sanctis viris et de angelis, qui cum creaturae dei sint, possunt utique recipere peccatum? Filium dei temptare ausus est, et prima eius et secunda sententia repercussus, nihilominus caput levat, et tertio vulneratus usque ad tempus recedit. Differens magis temptationem quam auferens. Et nos nobis blandimur de baptismate. Quod sicut peccata priora dimittit, sic in futurum servare non potest, nisi baptizati omni custodia servaverint cor suum. Tandem pervenimus ad cibos, et tertiae quaestionis

Sententia Ioviniani

nobis opponitur difficultas. Ad hoc esse creata omnia, ut usui mortalium deservirent. Et quomodo homo rationale animal quasi quidam habitator et possessor mundi deo subiaceat, et suum veneretur auctorem, ita cuncta animantia aut in cibos hominum aut

in uestitum. aut ad scindendam terram ut ad subuectionem frugum et ipsius
hominis creata. unde et iumenta a beo quod iuuent appellentur. Quid
est inquit homo dauid quod memor es eius aut filius hominis quoniam uisitas
eum. Minorasti eum paulominus ab angelis. gloria et honore coro
nasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia sub
iecisti sub pedibus eius oues et boues uniuersas. insuper et pecora campi
Uolucres celi et pisces maris qui perambulant semitas maris. Esto
inquit. bos ad arandum. ad sedendum equus. canis ad seruandum
capre ad lac. oues ad lanam e conditae sunt. Quid usus porcorum absque
esu carnium. Quid capree. cerui damule. apri. lepores. et huius
cemodi uenatio. Quid anseres siluestres et domestici. quid
anates. quid ficedule. quid attagen. quid fulica. quid turdus.
Cur in domibus gallina discurrit. Si non comeduntur haec
omnia frustra a deo creata sunt. Uerum quid opus est argumentis. cum
manifeste scriptura doceat. omne quod mouetur sicut olera et herbarum
data nobis in escam. Et apostolus clamitet. omnia munda mundis. et
nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Et uen
turos in nouissimo qui prohibeant nubere et uesci cibis quos
deus creauit. ad utendum. Ipse dominus potator et uorator a fa
riseis appellatur. publicanorum conuiuia et peccatorum. Zachei pran
dium non recusans. uadens ad nuptiarum epulas. Porro aliud est
si stulta contentione dicetis eum isse ad prandium ieiunaturum.
et inpostorum more dixisse. hoc comedo illud non comedo. Nolo
uinum bibere quod ex aquis creaui. In typo sanguinis sui non obtulit
aquam sed uinum. Post resurrectionem piscem et fauum comedit.
non sisama nuces. et sorbitiunculas. Petrus apostolus non expectat
stellam more iudaico. sed hora sexta in solarium pransurus as
cendit. Paulus in naui. panem frangit non carnes. Timotheo

Responsio hieronimi

dolenti stomachum, vinum suadet bibere non piracium. Decibus et sibi placeat
abstinentia: quasi non et superstitio gentilium castum matris deum observet
et isidis. Sequar igitur vestigia propositionis expositae, et antequam
ad scripturas veniam doceam quae exercitio grata ieiunia, et accepta
bilem continentiam argumenta conponam. Et probabo non empedo
cli et pitagorae nos dogma sectari: qui propter ΜΕΤΕΜΨΥΧWC (metemψixucin)
omne quod movetur et vivit edendum non putant, et eiusdem criminis reos ar
bitrantur quia bi et eum quercum quae succiderint cuius parricidae sit et vene
fici. Sed venerari conditorem nostrorum qui in usus hominum cuncta genera
vit. Et quomodo boves ad arandum, ad sedendum equi, canes ad servandum,
caprae ad lac, oves ad lanitia condita est, ita sues et cervos et capr as et
lepores et cetera huiusmodi (.i. sec) non statim ad comedendum creata esse: sed in alios usus
hominum. Si enim omne quod movetur et vivit ad vescendum factum est et ad apparatum
gulae, respondeat mihi cur elefanti, cur leones, ursi, leopardi, lupi,
cur viperae, scorpii, cimices, pulicesque, cur vultur, aquila, corvus,
accipiter, cur cete, delfines, foce, minutaeque cocleolae condita sit. Quis
nostrum leonem, quis vipera, quis vulturem, quis ciconiam, quis milvum.
Quis repitantes in litoribus vermiculos umquam comedit. Sicut igitur
haec propriosus habent, ita possum dicere et ceteras bestias, pisces,
aves non ad esum, sed ad medicinas creatas. Denique carnes viperae
unde tyriaca conficitur, quantas rebus aptae sint, norunt medici.
Segmina eboris ae boris in medicinas usurpas adsumuntur. Fel hyenae
oculorum restituit claritatem. Stercus et canum putrida curat vul
nera. Et quod forsitan legenti mirum sit, hominum fimus quantas curatio
nibus proficiat, galienus ΙΗ ΔΙΤΙΛΟΙC·ΔΟCΕΤ. Aiunt phisici
quod pellis colubri quae exuitur decocta in oleo mire dolorem aurium mi
tiget. Quid ita inutile videtur nescientibus ut cimices? si sanguissuga
faucibus heserit, fumo eorum excepto statim evomitur, et difficultas urinae huius

adpositione laxatur. Porcorum autem et anserum et gallinarum. fasianarum
que adipes quid commodi habeant. omnes medicorum declarant libri.
Quos si legeris. videbis tot curationes in vulture esse. quot membra
sunt. Lavi fimum. podagre fervorem mitigat. Gruis ciconie. fel.
aquile. sanguis accipitris. sthrutio. camelus. rane. cameleontes. hi
rundinis stercus. et carnes. quibus morbis apte sint dicere. simul propositi
esset de medela corporum disputare. Legat qui vult aristotelem
et teophrastum prosa marcellum sidetam et nostrum flavium exame
tris versibus disserentes. Plinium quoque secundum. et dioscoridem. et ce
teros tam phisicos quam medicos. qui nullam herbam. nullum lapidem.
nullum animal. tam reptile quam volatile et natatile. non ad
sue artis utilitatem referunt. Igitur cum mihi dixeris cur porcus
creatus est. statim tibi respondebo puerorum more certantium.
cur vipera. cur scorpius. necdum super fluorum indicabas artificem.
quod plurime et bestiae et volucres sunt quas tuae fauces recusant.
Sed ne contentiosum hoc et pugnax magis videatur esse quam verum.
audi idcirco sues et apros et cervos et reliquas animantes creatas.
ut milites. athlete nautae rhetores. metallorum quoque fosso
res. et ceteri duro operi mancipati. haberent cibos. Quibus forti
tudo corporum necessaria est. qui portant arma et cibaria. qui pugnis
et calcibus sua invicem membra debilitant. Qui remos trahunt.
quorum latera ad clamandum dicendumque sunt valida. Qui subruunt
montes et sub sudo et imbribus dormiunt. Ceterum nostra re
ligio non pyctam. non athletam. non nautas. non milites. non fossores.
sed sapientiae erudit sectatorem. Qui se dei cultui dedicavit.
et scit cur creatus sit. cur versetur in mundo. quo abire festinet.
Unde et apostolus loquitur. Quando infirmor tunc fortior sum.
Et si exterior homo noster corrumpitur. sed interior renovatur.

dedit in diem. Et cupio dissolui et esse cum xpo. Et carnis curam
ne feceritis in desideriis. Numquid omnibus praeceptum est ne duas tu
nicas habeant. nec cibos in pera. aes in zona. uirgam in manu. calcia
menta in pedibus. Ut uendant uniuersa quae possident. dentque
pauperibus et sequantur ihm. Sed his utique qui uolunt esse perfecti. A
lioquin ab iohanne baptista aliud militibus aliud praeceptum publicanis.
Dns autem dicit in euangelio. adulescenti qui se iactauerat legis uniuersa com
plesse. Si uis perfectus esse. uade, uende omnia quae habes et da pauperibus et ueni
sequere me. Ne graue onus nolenti uideretur imponere in potestate audi
entis uoluntatem dimisit dicens. si uis perfectus esse. Quam obrem et ego
tibi dicam. Si uis perfectus esse. bonum est uinum non bibere et carnem non man
ducare. Si uis perfectus esse. melius est animam saginare quam corpus.
Sin autem adhuc paruulus es. et caccorum te iura delectant. nemo eripit
faucibus tuis esculentas dapes. manduca et bibe. Et si tibi placet
cum isrl et lude. et exsurgens canta. Manducemus et bibamus. cras
enim moriemur. Manducet et bibat. qui post cibos expectat interitum.
et cum epicuro dicit. post mortem nihil est. et mors ipsa nihil est. Nos paulo
credimus intonanti. Esca uentri et uenter escis. Ds autem et hunc et
hunc et illam destruet; haec pauca de scripturis. ut congruere
nostra cum philosophis doceremus. Ceterum quod signorum et unaquaque
gente non communi lege naturae. Sed his quorum apud se quo copia est uesci
solitum. Verbi gratia arabes et saraceni et omnis heremi bar
baria. cameli lacte uiuunt et carnibus. quia huiuscemodi animal pro
temperie et sterilitate regionum facile apud eos et gignitur et nutritur.
hinc nefas arbitrantur porcorum uesci carnibus. Sues enim quae glande.
castaneis. radicibus. filicum. et ordeo alii solent. aut raro apud eos
aut penitus non inueniuntur. Et si inuenta fuerint. alimentum non habeant.
quae super diximus. Et regione septentrionales populos. si ad esum

asinorum camelorumque compellas simile putabunt eorum vesci carnibus;
ac si luporum comedere cogantur et corvorum. In ponto et frigia vermes al
bos et obesos qui nigello capite sunt et nascuntur in lignorum carie; pro
magnis redditibus pater familias exigit. Et quomodo aput nos attagen et
ficedula mullus et scarus in deliciis computantur. ita apud illos
ΞΥΛΟΦΑΓΟΝ comedisse luxuria est. Rursum orientalis et libie
populos. quia per desertum et calidam heremi vastitatem locustarum nubes
reperiuntur. locustis vesci moris est. Hoc verum esse iohannes quoque baptista pro
bat. Compelle frigem et ponticum ut locustam comedat. nefas pu
tabit. Coge syrum. afrum et arabem ut vermes ponticos gluttiat. ita
eos aspiciet ut muscas. millepedias et lacertos. quamquam syri et
corcodillis terrenis. afri etiam lacertis viridibus vesci soleant. In egip
to et palestina propter boum raritatem nemo vaccam comedit tauro
rum carnes boum vitulorumque adsumunt in cibis. At in nostra provintia
scelus putant vitulos devorare; Unde et imperator valens nuper le
gem per orientem dederat ne quis vitulorum carnibus vesceretur. uti
litati agriculturae providens. et pessimam iudaizantis vulgi emen
dans consuetudinem. pro altilibus et lactantibus vitulos consumentes.
Nomades. et trogoditae. et scitae et hunorum nova feritas. semicru
dis vescuntur carnibus. Porro ΙΧΘΥΟΦΑΓΟΙ. gens enim errans in
litore maris rubri super petras solis calore fervente assant pis
ces. et hoc solo alimento victitant. Sarmatae. quadi. uuanda
li. et innumerabiles aliae gentes. equorum et vulpium carnibus
delectentur. Quid loquar de ceteris nationibus; cum ipse adolescen
tulus in gallia viderim atticottos gentem brittannicam humanis
vesci carnibus. Et cum per silvas porcorum greges et armentorum
pecudumque repperiant. pastorum nates et feminae papillas solere
abscidere et has solas delicias ciborum arbitrari. Scottorum

natio uxores proprias non habent. & quasi platonis po
litian legerit & catonis sectetur exemplum. nulla apud eos
coniunx propria est. sed ut cuique libitum fuerit pecudum more
lasciuiunt. Persę. medi. indi. & ethiopes regna non modica
& romano imperio paria. cum matribus & auis. cum filia
bus & neptibus copulantur. Massagetę & derbices miserri
mos putant qui ab egrotatione moriantur. & parentes. cog
natos. propinquos. cum ad senectam uenerint. iugulatos
deuorant. rectius esse dicentes ut a se potius quam a uermi
bus consumantur. Tibareni quos dilexerint senes. suspendunt
in patibulo. Hircani. uolucribus & canibus semiuiuos proiciunt.
Caspii. hisdem bestiis mortuos. Schitę eos quia defunctis ama
ti sunt. uiuos infodiunt cum ossibus mortuorum. Bactri canibus
ad hoc ipsum nutritis. obiciunt senes. Quod cum alexandri praefec
tus stasanor emendare uoluisset. pene amisit prouinciam.
Coge egiptium. ut ouium lacte uescatur. In pelle si uales pelusi
oten ut manducet cepam. Singulę pene in egipto ciuitates
singulas bestias & monstra uenerantur. & quodcumque coluerint
hoc inuiolabile & sacrum putant. Unde & urbes quoque apud
eos ex animalium uocabulis nuncupantur. Leonto. cyno. lico.
busiris. thimuis quod interpretatur hyrcus. Et ut sciremus quales de
os semper egiptus recepisset. nuper ab adriani amasio urbs eorum
antinous appellata est. Peruides igitur quod non solum in esu. sed
& in sepulturis & in conubiis & omni conuersatione una
quaeque gens suo ritu & proprietatibus uictitat. et hoc eam na
turę legem putare quod didicit. Uerum fac esum carnium
cunctis nationibus esse commune. & passim licere. quod passim
gignitur. Quid ad nos quorum conuersatio in celis est.

Qui super pytagoram et enpedoclem. et omnes sapientie sectatores
non ei debemus cui nascimur sed cui renascimur. Qui repugnante
carne et ad libidinum incentiua rapiente in media subiugamur.
Esus carnium et potus uini uentrisque saturitas. seminarium
libidinis est. Unde et comicus. sine cerere inquit et libero.
friget uenus. Per quinque sensus quasi per quasdam fenestras uitio
rum ad animam introitus est. Non potest ante metropolis et arx
mentis capi. nisi per portas eius introierit hostilis exercitus.
Horum perturbationibus anima pregrauatur. et capitur aspectu. au
ditu. odoratu. sapore. tactu. Si circensibus quispiam delec
tetur. si athletarum certamine. si mobilitate histrionum. si for
mis mulierum. si splendore gemmarum. uestium. metallorum.
et ceteris huiuscemodi per oculorum fenestras animę capta
libertas est. et impletur illud propheticum. Mors intrauit per fe
nestras uestras. Rursum auditus uario organorum cantu et
uocum flexionibus delinitur. et carmine poetarum et comoe
diarum mimorumque urbanitatibus et strofis. et quicquid per
aures introiens uirilitatem mentis effeminat. Odoris autem
suauitas et diuersa thimiamata et amomum. et cyfi. oenan
the. muscus. et peregrini muris pellicula quod dissolutis et a
matoribus conueniat. nemo nisi dissolutus negat. Porro
ciborum auiditas quod auaritie mater est. et animum quasi quibus
dam conpedibus degrauatum in terra teneat quis ignorat.
Propter breuem gulę uoluptatem. terre lustrantur et maria. et ut
mulsum uinum pretiosusque cibus fauces nostras transeat. totius
uitę nostrę opere desudamus. Tactus autem alienorum corporum
et feminarum ardentior appetitus. uicinus insanię est. Ob hunc
sensum cupimus. irascimur. gestimus. emulamur. sollicitj sumus. et expleta

uoluptate per quandam penitudinem rursus accendimur querimusque facere quod cum
fecerimus iterum penitemus. Igitur cum per has portas quasi quidam perturbationum
cunei ad arcem nostrę mentis intrauerint, ubi erit libertas? ubi fortitudo
eius? ubi de deo cogitatio? maxime cum tactus depingat sibi etiam preteritas uolup
tates et recordatione uitiorum cogat animam compati et quodammodo exercere
quod non agit. His igitur rationibus inuitati multi philosophorum
reliquerunt presentias urbium et hortulos suburbanos, ubi ager irrigu
us et arborum comę et susurrus auium, fontis speculum, riuus in murmu
rans, et multę oculorum auriumque inlecebrę, ne per luxum et habundantiam
copiarum animę fortitudo mollesceret et eius pudicitia constupraretur. In
utile quippe est crebro uidere per quę aliquando captus sis, et eorum te expe
rimento committere quibus difficulter careas. Nam et Phitagorę huiusce
modi frequentiam declinantes in solitudine et desertis locis habitare con
sueuerant. Platonici quoque et stoici in templorum lucis et porticibus uersa
bantur, ut admoniti augustioris habitaculi sanctitate nihil aliud quam
de uirtutibus cogitarent. Sed et ipse plato cum esset diues et toros
eius diogenes lutatis pedibus conculcaret, ut posset uacare philo
sophię, elegit academiam uillam ab urbe procul non solum desertam
sed et pestilentem, ut cura et adsiduitate morborum libidinis
impetus frangerentur. Discipulique sui nullam aliam sentirent
uoluptatem nisi earum rerum quas discerent. Quosdam legimus effodisse
se sibi oculos, ne per eorum uisum a contemplatione philosophię
auocarentur. Unde et socrates ille thebanus proiecto in mari
non paruo auri pondere, Abite inquit pessum male cupiditatis, ego
uos mergam, ne ipse mergar a uobis. Quod si quis estimat et ha
bundantia ciborum potionumque supfrui et uacare posse sapienti
ę, hoc est uersari inter delicias et deliciarum uitiis non teneri, se ipsum
decipit. Cum enim procul ab his remoti sepe capiamur naturę inle

cebris. & cogamur excupere. quorum copiam non habemus. quan
to magis si circumdati retib; uoluptatum. esse nos liberos ar
bitremur. Sensus noster illud cogitur quod uid&. audit. odo
ratur. gustat. adtrectat. & ad eius rei trahit appetitum. cu
ius capitur uoluptate. Quod mens uideat & mens audiat. et
quod nec audire quippiam nec uidere possimus. nisi sensus in ea
que cernimus & audimus fuerit intentus. ueteris quoque senten
tiae est. Difficile immo inpossibile est delicijs & uoluptatib;
affluentes. non ea cogitare que gerimus. frustraque quidam
simulant salua fide & pudicitia & integritate mentis se
abuti uoluptatib; . cum contra natura sit copiis uoluptatum
sine uoluptate perfrui. & apostolus hoc ipsum cauens dixerit. Que
autem in delicijs est. uiuens mortua est. Sensus corporum qua
si equi sunt sine ratione currentes. anima uero in aurige
modum. retin& frena currentium. Et quomodo equi absque
rectore precipites sunt. ita corpus sine ratione & impe
rio anime in suum fertur interitum. Alia quoque compa
ratio anime & corporis a philosophis ponitur. corpus
puerum. animam pedagogum esse dicentium. Unde & historicus
anime inquit imperio corporis seruitio magis utimur.
Alterum nobis cum dis. alterum cum beluis commune est. Igitur nisi
uitia adolescentis & pueri prudentia pedagogi rexe
rit. omnis conatus eius & impetus ad lasciuiam properant.
Sine quatuor sensib; uiuere possumus. id est sine aspectu. auditu.
odoratu. atque conplexu. absque gustu autem & cibis. inpossibi
le est humanum corpus subsistere. Adeo ergo deb& ratio. ut
tales & tantas sumamus escas quib; non oneretur corpus.
nec libertas anime pro grauetur. Quia et comedendum est

N

f. Salustius.

et deambulandum et dormiendum et digerendum. postea inflatis uenis incenti
ua libidinis sustinenda. Luxuriosa res uinum. et contumeliosa aebrietas.
Omnis autem quicum his miscetur. non erit sapiens. Ne tales accipiamus cibos. quos
aut difficulter digerere aut comesos magno partos et perditos labore
doleamus. Holerum et pomorum ac leguminum. et facilior apparatus est.
et arte inpendiisque cocorum non indiget. et sine cura sustentat hu
manum genus. moderateque sumptus quia nec auide deuoratur quod inrita
menta gule non habet. leuiori digestione conquoquitur. Nemo enim
uno et duobus cibis hisque uilibus usque ad inflationem uentris oneratur.
que diuersitate carnium et saporis delectatione concipitur.
cum uariis nidoribus fumant patine. et ad esum sui expleta esu
rie. quasi captiuos trahunt. Unde et morbi ex saturitate ni
mia concitantur. multique inpatientiam gule uomitu remediantur.
et quod turpiter ingesserunt. turpius egerunt. Hipocrates in
AΦOPICMOIC docet crassa et obesa corpora que crescendi
mensuram impleuerint. nisi cito ablatione sanguinis immi
nuantur. In paralisim et pessima morborum genera erumpere.
et iccirco esse necessariam detractionem. ut rursum habeant
in que possint crescere. Non enim manere in uno statu natu
ram corporum. sed aut crescere semper aut decrescere. Nec posse
uiuere animal. nisi crescendi capax sit. Unde et galie
nus uir doctissimus hipocratis interpres athletas quorum uita
et ars saginae est. dicit in exhortatione medicine. nec uiue
re posse diu. nec sanos esse. Animasque eorum ita nimio sanguine
et adipibus quasi luto inuolutas. nihil tenue nihil celeste
sed semper de carnibus et ructu et uentris ingluuie cogitare.
Diogenes tyrannos et subuersiones urbium bellaque uel hosti
lia uel ciuilia non pro simplici uictu holerum pomorumque. sed pro

carnibus et epularum deliciis adserit excitari. Quodque miran
dum sit epicurus uoluptatis adsertor. omnes libros suos reple
uit oleribus et pomis et uilibus cibis dicens esse uiuendum. quia
carnes et exquisitę epulę. ingenti cura ac miseria preparentur.
maioremque penam habeant in querendo. quam uoluptatem in abu
tendo. corpora autem nostra cibo tantum et potu indigere. ubi aqua
et panis sit et cetera his similia. ibi naturę satisfactum. quic
quid supra fuerit. non ad uitę necessitatem spectare. sed ad ui
tium uoluptatis. Bibere et comedere. non deliciarum ardore.
sed sitim famemque restringere. Qui carnibus uescantur. indi
gere etiam his quę non sunt carnium. Qui autem simplici uictu
abitant. eos carnes non requirere. Sapientię quoque operam dare non pos
sum. si mensę habundantiam cogitent quę labore nimio et cura indiget. Cito
expletur naturę necessitas. Frigus et fames. simplici uestitu et cibo expel
li potest. Unde et apostolus. Habentes inquit uictum et uestitum. his contem
ti simus. Delicię et epularum uarietas. fomenta sunt auaricię. Grandis
exultatio animę est. cum paruo contentus fueris mundum habere sub pedibus.
et omnem eius potentiam. depulsas libidines. propter quę diuitię conpa
rantur. uilibus mutare cibis. et grossiori tunica conpensare. Tolle epu
larum et libidinis luxuriam. nemo quęrit diuitias. Quarum usus. aut
inuenire aut subuenire est. Qui ęgrotat non aliter recipit sanitatem.
nisi tenui cibo et castigatione uictus. quę ΛΕΠΤΗ ΔΙΑΙΤΑ dicitur.
Quibus ergo cibis recipitur sanitas. his et seruari potest. ne quis putet
morbos holeribus concitari. Si autem milonis illius crotoniate uires
holera non ministrant. quę nascuntur et aluntur ex carnibus. Quid ne
cesse est sapienti uiro et philosopho christi tantam habere fortitudinem
quę athletis et militibus necessaria est. quam cum habuerit ad uicia
prouocetur. Illi arbitrantur carnes sanitati congruas. qui uolunt

abuti libidine. et ingenu(m) demersi uoluptatum ad coitum se
p(er) exęstuant. Xpiano sanitas absque uiribus nimis necessari
a est. Nec turbare nos debet. si rari sint huius propositi secta
tores. Quia rari sunt et amici boni. et fideles. et pudici et
continentes. semp(er)q; uirtus rara e(st). Lege fabricii continentia(m)
curii paupertate. et in tanta urbe uix paucos inuenies quos
sequaris. Noli timere ne si carnes non comederis. aucupes et
uenatores frustra artificia didicerint. Legimus quosdam mor
bo articulari et podagrę humoribus laborantes. proscriptio
ne bonorum ad simplicem mensam et pauperes cibos redac
tos. conualuisse. Caruerant enim sollicitudine dispensan
dę domus et epularum largitate. quę et corpus frangunt
et animam. Inridet oratius apetitum ciborum. qui consump
ti relinquunt penitentiam. Sperne uoluptates nocet emp
ta dolore uoluptas; et cum in amoenissimo agro in morsu(m)
uoluptuosorum hominum se crassum pinguemq; descri
beret lusit his uersibus. Me pinguem et nitidu(m) bene cura
ta cute uises. cu(m) ridere uoles epicuri de grege porcum. Sed exqui
lissimis cibis uitanda satietas e(st). Nihil enim ita obruit animam..
ut plenus uenter et exęstuans. et huc illucq; se uertens. et inruc
tus uel in crepitus uentorum efflatione respirans. Quale illud
ieiunium aut qualis refectio post ieiunium cum pridianis epu
lis distendimur. et guttur nostrum meditatorium efficitur
latrinarum. dumq; uolumus plurioris inedię famam quere
re. tantum uoramus quantum in altera die uix nox digerat. Itaq;
non tam ieiunium appellandu(m) e(st) quam crapula. ac fetens et moles
ta digestio. Dicearchus in libris antiquitatu(m). et descriptione grecię
refert sub saturno id e(st) in aureo seculo cu(m) omnia humus funderet

nullum comedisse carnes. sed universas uixisse frugibus et pomis
quae sponte terra gignebat; Persarum id est Cyri uitam Xenophon
octo uoluminibus explicat polenta et cardamo et sale ac pa
ne cibario adserens eos uictitare. Lacedemoniorum mense fruga
litatisque et supra scriptus Xenophon et Theofrastus et omnes
pene scriptores Grecie testes sunt. Cheremon stoicus uir
eloquentissimus narrat de uita antiquorum Egypti sacerdotum.
quod omnibus mundi negotiis curisque postpositis semper in templo
fuerint. et rerum naturas causasque ac rationes siderum contem
plati sint. Numquam mulieribus se commiscuerint. numquam cogna
tos et propinquos. ne liberos quidem uiderint. ex eo tempore quo
coepissent diuino cultui deseruire. Carnibus et uino se semper
abstinuerint propter tenuitatem sensus et uertiginem capitis.
quam ex paruo cibo patiebantur. et maxime propter appetitum
libidinis. qui ex his cibis et potatione nascuntur. Pane
raro uescebantur. ne onerarent stomachum. Et si quando co
medebant. tunc partem hisopum sumebant in cibo. ut aes
cam grauiorem illius calore dequoquerent. Oleum tantum
in oleribus nouerant. uerum et ipsum parum propter nausiam
et asperitatem gustus leniendam. Quid loquar inquit
de uolatilibus. cum ouum quoque pro carnibus uitauerint. et
lac. quorum alterum carnes liquidas. alterum sanguinem
esse dicebant colore mutato. Cubile eis de foliis palma
rum quas baias uocant contextum erat. Scabellum
adcline et ex una parte obliquum in terram pro puluillo
capiti subponebant. Biduum triduumque inediam susti
nentes. et humores corporis qui nascuntur ex otio et
ex mansione unius loci nimia uictus castigatione

siccabant. Iosephus in secunda iudaicę captiuitatis historia
& in octauo decimo antiquitatum libro. & contra appio
nem duobus uoluminibus tria describit dogmata iudeorum.
phariseos. sadduceos. esseos. quorum nouissimos miris
effert laudibus. quod & uxoribus & uino & carnibus semper
abstinuerint. & cotidianum ieiunium uerterint in na
turam. Super quorum uita. & philo uir doctissimus proprium
uolumen edidit. Neanthes cyzicenus & asclepiades cyprius
ętate qua pigmalion in oriente regnabat. scribunt
esum carnium non fuisse. Eubolus qui historiam mytrę
multis uoluminibus explicauit. narrat apud persas tria
genera magorum. quorum primos qui sint doctissimi &
eloquentissimi. excepta farina & holere. nihil ampli
us in cibo sumere. Apud eleusinam & iam uolucribus &
piscibus & quibusdam pomis abstinere sollempne est. Barde
sanes uir babylonius. in duo dogmata apud indos gim
nosophistas diuidit. quorum unum appellat bracmanas.
alterum samaneos. Qui tantę continentię sint. ut uel pomis
arborum iuxta gangen fluuium. uel publico orizę & fa
rinę alantur cibo. Et cum rex ad eos uenerit adorare
eos solitus sit. pacemque prouincię in illorum precibus arbitrari
sitam. Euripides in creta iouis prophetas non solum carnibus
sed & coctis cibis abstinuisse refert. Xenocrates philo
sophus de triptolemi legibus apud athenienses tria tan
tum precepta in templo eleusinę residere scribit. Hono
randos parentes. uenerandos deos. carnibus non uescen
dum. Orpheus in carmine suo. esum carnium penitus de
testatur. Pytagorę. socratis. antisthenis. & reliquorum

frugalitatē referre ē in confusionē nrām. nisi & longū
essæ. & ppriū operis indigeræ. Hic certe ē anthisthenes.
qui cū gloriose docuissæ rethoricā audissæq; socraten.
dixisse fert ad discipulos suos. Abite. & magistrū querite.
Ego enim repperi. Statiq; uenditis que habebat. & pub
lice distributis. nihil sibi plus quā palliolū reseruauit.
Paupertatisq; eius & laboris. xenophon testis ē in sympo
sio. & innumerabiles libri eius. quorū alios philosophi
co. alios rethorico genere conscripsit. Huius diogenes
ille famosissimus sectator fuit. potentior rege alexandro.
& nature humane uictor. Nam cū discipulos anthistenes
nullum reciperæ. & pseuerantē diogenē remouere non
possæ. nouissime clauam minatus ē nisi abiræ. Cui ille subie
cisse dicit caput atq; dixisse. Nullus tā durus baculus erit.
qui me a tuo possit obsequio separare. Refert satyrus
qui illustrium uirorū scribit historias. qd diogenes pal
lio duplici usus sit. pp̄ter frigus. Perā pro cellario ha
buerit secūq; portarit clauim ad corpusculi fragilita
tē qua iam senex membra sustentare solitus erat. &
HMEPOBIOC uulgo appellatus sit. in presentē horam
poscens a quolibæ & accipiens cibū. Habitauit autē in
portarū uestibulis. & in porticib; ciuitatū. Cūq; se con
torqueræ in dolio. uolubilem habere domū iocabat.
& se cum temporib; immutantē. Frigore enī os dolei
uertebat in meridiem. estate. ad septentrionē. Et q̄
cūq; se sol inclinauerat. diogenis simul pretorium
uertebatur. Quodam uero tempore habens ad potandū
caucū ligneum. uidit puerū manu concaua bibere.

In morte diogenis

et elisisse se illud fertur ad terram dicens: Nesciebam quod et natura habe-
ret poculum. Virtutem eius et continentiam mors quoque indicat. Nam cum ad
agonem olimpiacum qui magna frequentia grecie celebrabatur iam senex per-
geret, febri in itinere dicitur apprehensus accubuisse in crepidine vie.
Volentibusque eum amicis aut in iumentum aut in vehiculum tollere, non adquie-
vit sed transiens ad arboris umbram locutus est: Abite quaeso et spectatum
pergite. Haec me nox aut victorem probabit aut victum. Si febrem vicero ad
agonem veniam. Si me vicerit febris ad inferna descendam. Ibique per noctem
eliso gutture non tam mori se ait quam febrem morte excludere. Unius tan-
tum philosophi exemplum posui ut formosuli nostri et torosuli et vix summis
pedibus adumbrantes vestigia quorum verba inpugnassent et syllogismi
in calcibus, qui paupertatem apostolorum et crucis duritiam aut nesciunt aut con-
temnunt. Imitentur saltem gentilium parsimoniam. Haec argumentis
philosophorum exemplisque disserui. Nunc ad exordium
generis humani id est ad nostra transiens docebo primum adam
in paradiso accepisse preceptum ut cetera poma comedens
ab una arbore ieiunaret. Beatitudo paradisi absque absti-
nentia cibi non potuit dedicari. Quamdiu ieiunavit in pa-
radiso fuit. Comedit et eiectus est. Eiectusque statim duxit
uxorem. Qui ieiunus in paradiso virgo fuerat, saturatus in terra
matrimonio copulatur. Et tamen eiectus non prius accepit li-
centiam carnium vescendarum sed tantum poma arborum
et fruges segetum et herbarum holera ei traduntur in cibum. Ut
exul quoque paradisi non carnibus que in paradiso non erant sed similitudinem
frugum paradisi vesceretur. Postea vero videns deus quod diligenter appositum
esset ad malitiam cor hominis ab adolescentia et spiritus eius in his perma-
nere non posse, quo opera carnis diluvio condemnaverat
et avidissimam hominum gulam probans dedit eis licentiam comedendarum

carnium. Vtdum sibi intellegunt licere omnia. non desiderarent magnopere
quod licebat. nec mandatum in causa uerterent preuaricationis. Quanquam
et tunc ex parte imperatum ieiunium sit. Nam cum alia munda alia dicantur
inmunda. et in archa noe de inmundis bina. de mundis introducuntur
inparia. et utique inmundorum esus ablatus sit ne sine causa dicerentur
inmunda. Ex parte ieiunium dedicatum est. docens abstinentiam omnium in quo
rundam recisione. Cupiditate esau primogenita sua. Nonne propter cibum
inpacientiamque gule. lacrimis emendare non potuit. Electus de egip
to populus israhel et in terram repromissionis lacte et melle manantem introdu
cendus. aegiptias carnes et pepones alliaque desiderat. Vtinam in
quiens obissemus percussi a domino in terra egipti. quando super ollas carnium
sedebamus. Et iterum. Quis nos uescet carnibus. uenerunt in mente
nobis pisces quos in egipto comedebamus gratis et cucumeres
et pepones et porri et cepe et allia. Et nunc anima nostra arida. nihil
in manna oculi nostri; angelorum cibum contempnentes carnes aegiptias
suspirabant. Moyses quadraginta dieb. et noctib. ieiunus in
monte sina et iam tunc probans non in pane solo uiuere hominem. sed
in omni uerbo dei cum domino loquitur. populus autem saturatus. idola fa
bricatur. Ille uacuo uentre legem accepit scriptam digito dei. iste
manducans et bibens consurgensque ludere. aurum conflat in uitulum et
aegiptium bouem praefert domini maiestati. Tot dierum labor unius hore satu
ritate periit. frangit audacter moyses tabulas. sciebat enim dei sermo
nem. non posse audire temulentos. Incrassatus est. et pinguis factus et
dilatatus et calcitrauit dilectus. et dereliquid deum qui fecerat eum.
et abscessit a domino saluatore suo; Vnde in deuteronomio praecipitur.
Ne cum manducaueris et biberis. et domos optimas aedificaueris. oui
bus et babus tuis multiplicatis. et argento et auro. extollatur cor tuum
et obliuiscaris domini dei tui; Denique manducauit populus et incrassatus est

cor eius. ne uideret oculis et audiret auribus et corde conciperet. Et uultum
ieiunantis moysi. et iuxta hebraicam ueritatem de confabulatione cornutum.
pastus et pinguior populus sustinere non potuit. Quam obrem et dominus noster atque
saluator. non ob indifferentiam uirginitatis et nuptiarum ut quidam pu
tant. sed ob ieiuniorum consortia moysen et eliam transfiguratus in monte
secum ostendit in gloria. Quanquam moyses et helias typi sunt proprie legis et prophe
tarum que monstrauit. sicut manifeste euangelii scriptura testatur. dice
bant ei exitum quem impleturus erat in hierusalem. Passionem eius domini non
uirginitas et nuptiae. sed lex nuntiat et prophetae. Quod si contentiose in
moysi nuptias. in helia uirginitatem dixerit demonstrari. breuiter audiat.
Moysen mortuum et sepultum. heliam igneo curru raptum. ante inmortalem
cepisse esse quam mortuum. Sed nec secunda conscriptio tabularum absque ieiunio po
tuit inpetrari. Et quod ebrietas perdiderat. inedia repperit. Ex quo ostenditur
posse nos per ieiunium redire in paradisum. unde per saturitatem fueramus
eiecti. In exodo aduersus amalec oratione moysi et totius populi usque
ad uesperam ieiunio dimicatum est. Hiesus filius naue stationem soli impe
rauit et lunae. et inediam plusquam unius diei uictoris exercitus protelauit.
Saul sicut in regnorum primo libro scribitur. maledictus inquit qui
panem ederit usque ad uesperam. donec ulciscar me de inimico
meo. Et non gustauit omnis populus eius. et tota terra prande
bat. Tantaque fuit auctoritas testationis semel domino destinatae.
ut ionathan qui causa uictoriae extiterat deprehenderetur
sorte et ignorantiae crimen declinare non posset. patrisque
in se concitaret [illegible] precibus populi saluaretur.
Helias XL dierum ieiunio preparatus deum uidit in montem
choreb. et audiuit ab eo. Quid tu hic helia. Multo famili
arior ista uox. quam illa in genesi. Adam ubi es. Illa enim
pastum terrebat et perditum. haec ieiunanti famulo blandie
batur.

Congregatu samuhel poplm in masfe fact: in dicto ieiunio roborauit & fecit hostib; fortiore. Assirior impetu & potentia sennacherib. ezechiae regis lacrime. saccus & humiliatio, uictus (auerterunt) fregit prostrauit. & uicit. Et econtrario ciuitas niniuen imminentem. iram dni ieiuniorum misceratione detorsit. qua & sodoma placasse & gomorra. si uoluissent agere penitentia & lacrimas penitentie. patrocinante conciliare ieiunio. Acab. rex impiissimus ut sententia di subt fugeret. & euersio domus ei differetur in posteros. ieiunio impetrauit & sacco. Anna uxor helcane in anem cibo uentrem filio meruit implere. Periclitantur in babilone magi omnis coniectores. & hariolus & arus perceditur. danihel & tres pueri reuelatione merent ieiunio. & pastis leguminib; pulchriores sunt & prudentiores. his quide in sa regis carnib; uescebant. Deinde scriptu e qd danihel trib; ebdomadib; ieiunarit. pane suaue non comederit. carnem & uinu n intrauerit in os eius. oleo unctus non sit. & uenerit ad (eum) angls dicens. Danihel homo miserabilis es. Qui do miserabilis appareat. post ieiuniu leonib; in lacu fuerat horribilis. Qua pulchra res. que placat dm. leones mitigat. demonas terret. Mittitur ad eu. licet hoc in hebreis uoluminib; n inuenerimus abacuc. messoru prandiu portans. Tale eni discoforu ingdia meruerat ebdomadis. Dauid periclitante filio post adulteriu. ΕΞΩΜΟΛΟΓΗCIN in cinere & ieiunio facit dicens. Quia cinere sicut pane manducaui. & potum meu cu fletu miscebam. & infirmata sunt in ieiunio genua mea. Et certe iam audierat a nathan. dns abstulit a te hoc peccatu. Samson & samuhel uinu & sicera non bibunt. Erant eni filii repromissionis. & p abstinentia ieiuniuq; concepti. Aaron & ceteri sacerdotes ingressuri te plum. omne qd potest inebriare n potabant ne morerentur. Ex quo intellegim moriens. qui in ecca n sobrie ministrarint. Qua obre & exprobratur isrl. potu dabatis. nazareis meis uinu. Ionadab filius rechab. precepit

filiis suis · ut non biberent uinū usq; in ęternū · Quibus cū offerret p̄pha hiere
mias ut biberent · & illi bibere noluissent · Loquit̄ dn̄s p̄ p̄phetā
Quia oboedistis p̄cepto ionadab patris uri · non deficiet uir de
stirpe ionadab filii rechab · stans in conspectu meo cunctis diebus
In forib; euuangelii · anna filia fanuelis uniuira inducit̄ semperq;
ieiunans · & dn̄m uirginē longa castitas · longaq; ieiunia suscepere
Praecursor eius & p̄nuntio · locustis alitur & siluestri melle · non car
nibus · Habitatioq; deserti & incunabula monachorum · talib; incho
antur alimentis · Sed & ipse dn̄s baptisma suū quadraginta dierū
ieiunio dedicauit · & asperiora daemonia docuit n̄ nisi oratione & ie
iuniis posse superari · Cornelius centurio · ut spm̄ scm̄ acciperet
antequā baptisma · aelemosinis meruit crebrisq; ieiuniis · Paulus
apostolus post famē & sitim · & caeteros labores suos · & pericula la
tronū · naufragii solitudinis · crebra ieiunia enumerat · Et discipulo
timotheo dolenti stomachū & infirmitates plurimas sustinenti
suadet · uini modicā portionē · Iam noli aquā bibere · Cui autē di
cit iam noli aquā bibere · ostendit eū aquā ante potasse · Quod
non concederet · nisi crebre infirmitates & dolor stomachi postu
lassent · Reprobat quidem apls eos qui p̄hibeant nuptias & iu
beant cibis abstinere quos ds̄ creauit ad utendū cū gr̄arū actione ·
Sed martionē designat & tatianū & ceteros hereticos · qui abstinen
tiam indicunt p̄petuā · ad destruenda & contēpnenda & abomi
nanda opera creatoris · Nos autē & creaturā omnē laudamus dī · &
maciem saginę · abstinentiam luxuriae · ieiunia p̄ferimus satu
ritati · Vir quippe in laborib; laborat sibi · & uim facit in interitū
suum · Et a dieb; iohannis baptistę ieiunatoris & uirginis · regnū
caelorum uim patitur & uiolenti diripiunt illud · Timemus enī ne
ab aduentu & aetnū in dieis sicut in diebus diluuii & euersione

sodomę & gomorrae deprehendamur manducantes & bibentes. nu-
bentes & nuptũ tradentes. Nam & diluuiũ & ignis e cęlo saturitatẽ
pariter & nuptias quas delere inuenit. Nec mirũ si omne qđ in ma-
cello uenditur apls enim iubeat & comedi cũ idolatris & adhuc in
templis idolorũ quasi idolothyta uescentib; cũ summa abstinentia
fuerit. cibis tantũ abstinere gentiliũ. Quod & si loquitur ad romanos. Is
qui manducat ñ manducantẽ non spernat. & qui non manducat
manducantẽ non iudicet.. non int̃ ieiunia & saturitatẽ aequalia
merita dispensat. sed contra eos loquitur qui in xpm credentes
adhuc iudaizabant. & eos qui ex gentib; crediderant monet. ne
scandalizent illos cibo suo qui adhuc in fide infirmiores erant.
Denique & in consequentib; hoc ipsũ sonat. Scio & confido in dno ihu.
qđ nihil commune p ipsum ẽ. nisi ei qui existimat quid commune esse.
illi commune ẽ. Si enim ppt cibũ fr̃ tuus contristatur. iam non secdm
caritatẽ ambulas. Noli cibo tuo illũ pdere. p quo xps est mortuus.
Non ergo blasphemetur bonũ nrm. Non ẽ enim regnũ di esca & potus.
Ac ne quis putaret de ieiuniis hoc dici & non de superstitione iudaica.
statim edisserit. Alius credit manducare omnia. Qui autẽ infirmus
est holera manducat. Et rursum. Alius iudicat diem plus quam
diem. Alius iudicat omnẽ diem. Unusquisq; in suo sensu abundet.
Qui sapit diem dno sapit. Et qui manducat dno manducat. gratias
enim agit do. Et qui non manducat dno non manducat. & gratias agit do.
Qui enim adhuc infirmi erant in fide & alias carnes mundas alias ar-
bitrabantur inmundas. & inter diem & diem esse aliquid aestima-
bant. uerbi gratia sanctius esse sabbatũ & neomenias & scenophe-
giam quã reliquos dies. iubentur holera manducare. quę indiffe-
rent.

comeduntur ab omnibus; Qui uero firmiores erant fidei, omnes carnes et
omnes dies aequales esse credebant; Illud autem quod proponere ausus est dominum
uoratorem et potatorem uini a farriseis appellatum, et quia ad epulas ierit nup
tiarum et conuiuia non despexerit peccatorum; estimo quod nobiscum
faciat. Iste enim est dominus ut arbitraris uorator. qui xl diebus
christianorum ieiunium sanctificauit. qui beatos appellat esuri
entes et sitientes. qui escam habere se dicit. non quam discipuli
suspicabantur. sed que in perpetuum non periret. Qui de
die crastino cogitare prohibet. qui cum esurisse et sitisse dicatur
et isse frequenter ad prandia. excepto misterio quod in
typum sue passionis expressit et probandi corporis ue
ritate. nec gule scribitur seruisse. nec uentri. Qui diui
tem purpuratum propter epulas narrat in tartaro. et laza
rum pauperem ob inediam in sinu esse dicit abraham.
Qui quando ieiunamus ungi caput et lauari precepit faci
em. ut non glorie hominum sed domino ieiunemus. Qui comedit
quidem post resurrectionem piscis assi partem et fauum.
non propter esuriem et gutturis suauitatem. sed ut ueri
tatem sui corporis comprobaret. Nam quotienscumque
mortuum suscitauit. iussit ei manducare dari. ne
resurrectio fantasma putaretur. Et lazarus post resurre
ctionem ob hanc causam scribitur cum domino isse ad conuiuium.
Nec hoc dicimus quod negemus pisces et cetera si uoluntas
fuerit in cibo esse sumenda. sed quomodo nuptiis uirgi
nitatem. ita saturitati et carnibus ieiunia spiritumque
preferimus. Si autem petrus hora sexta pransurus ascendit

in cenaculum. fortuita esuries non facit praeiudicium ieiuniorum.
Hoc enim modo et dominus qui ad puteum samaritanae hora sexta
fessus resedit et bibere voluit. omnibus incumbit necessitas
velint nolint hoc tempore bibendi. Potuit autem fieri ut
vel sabbatum esset vel dies dominicus. et post biduum triduumque
ieiunium hora sexta esurierit. Numquam enim crediderim
apostolum si ante unam diem cenaverat epulisque distentus
erat. alterius diei esurisse meridie. Quod si cenavit pridie. et sequen
ti die esurivit ante prandium. aestimo quod nonusque ad satietatem come
derit qui tam cito potuit esurire. Porro si per esaiam loquitur deus. quod
non tale ieiunium elegerit dicens. in diebus enim ieiuniorum vestrorum inveni
untur voluntates vestrae. et subiectos percutitis. et in iudicia et lites
ieiunatis. et caeditis pugnis. non tale ieiunium elegi dicit dominus. quale
elegerit docet. frange esurienti panem tuum. et pauperes sine tec
to induc in domum tuam. Si videris nudum vesti. et domesticos se
minis tui ne despicias. Non igitur ieiunium reprobavit. sed quale vel
le ostendit. Neque enim ventris esuries accepta est deo. quam lites et
rapinas et libidines destruunt. Si non vult ieiunium dominus. quomodo
in levitico praecepit ut septimo mense decima mensis omnis populus
ieiunet usque ad vesperam. et qui non adflixerit animam suam mo
riatur. et exterminetur de populo suo. Quare sepulchra con
cupiscentiae ubi carnibus deditus populus ruit usque hodie in solitu
dine perseverant. et crassus populus (i. coturnice) ortigometra scribitur ad co
leram usque ructasse. Cur homo dei ad cuius prophetiam manus
aruerat regis hieroboam quia manducavit contra edictum dei.
ilico percussus est. et leo qui asinam custodivit intactam prophete

leuanti se depraehendio non pepercit. Qui ieiunus miracula fecerat. pransus
ilico saturitatis poenas luit. Sed et iohel clamitat. Sanctificate ieiunium
praedicate curationem. Ut monstraret ieiunium sanctificari ceteris ope
ribus. et sanctificatum ieiunium curationi proficere peccatorum. Quomodo autem uir
ginitati uerae non praeiudicat imitatio uirginum diaboli. Ita et ueris
ieiuniis castum. isidis. et cybeles. et quorundam ciborum inaeternum absti
nentia. Maxime cum apud illos ieiunium panis. sagina carnium con
pensetur. Et sicut signa quae faciebat moyses imitabantur
signa aegyptiorum. sed non erant in ueritate. Nam uirga moysi
uirgas magorum deuorat. Ita et omnia quae in aemulatione dei fa
cit diabolus. non religionis nostrae superstitio. sed nostra arguitur ne
glegentia. Id nolentium facere. quod bonum esse etiam saeculi homi
nes non ignorant; Quarta propositio est qua et extrema duos
esse ordines ouium et hircorum. alterum iustorum. alterum peccatorum.
Alios stare a dextris. alios a sinistris. Et audire iustos. uenite bene
dicti patris mei possidete paratum uobis regnum. a constitutione
mundi. peccatoribus uero dici. discedite a me maledicti in ig
nem aeternum qui paratus est diabolo et angelis eius. Arborem
bonam non posse fructus malos facere nec malam bonos. Unde
et saluator loquitur ad iudaeos. Vos de patre diabolo estis.
et concupiscentias patris uestri uultis facere. Decem uirgines propo
nit. stultas atque sapientes. et quinque quae oleum non habuerint
remansisse extrinsecus. alias uero quinque quae sibi lumen bonorum
operum praeparauerint thalamum intrasse cum sponso. Ascendit
ad diluuium et ait. Qui erant cum noe iusti seruati sunt. Qui uero
peccatores. omnes in commune perierunt. Apud sodomam et go

[margin: N]

[margin: Ultima sententia iouiniani]

mortem. exceptis duob; gradib; bonoꝝ & maloꝝ. nulla diuer
sitas inuenitur. Qui e iustus eripitur. qui peccator pari uo
ratur incendio. Una salus liberatis. unus interitus remanentib;
Hec paululu quidem a iustitia declinandu. inditio e uxor loth.
Si aut inquid mih opponis quare iustus laboret. in pace aut
in psecutionib; si nullus pfectus e nec maiora pmia. scias hoc eu
facere non ut plus quid mereatur. sed ne pdat quod accepit.
In aegypto quoq; dece plagas aequaliter oms sentiunt peccatores.
& similes tenebrae domino & seruo. nobili & ignobili. regi im
minent & uulgo. Sanctis uero di & poplo isrl. una erat lux.
Sed & in mari rubro iusti pariter transeunt. peccatores parit
obruuntur. Sexcenta hominu milia excepta inbelli aetate
& sexu in deserto aequalit ruunt. & duo qui iustitia pares erant.
aequalit liberantur. Per quadraginta annos. cunctus isrl simi
liter & laborat & moritur. Gomor mannae uniuersis ae
tatibus. una in cibo mensurae. uestitus pariter non deterunt,
capilli simul non augentur. barba in commune non crescit.
Calciamenta ex aequo omibus durant. non incalluere pe
des. cib; in ore cunctoꝝ aequalit sapit. Ad una eni mansi
one pari labore & mercede pgebant. Oms hebreos aequa
le habere pascha. aequales scenophegias. aequale sabbatu.
aequales neomenias. Septimo requietionis anno absq; pso
naru discretione dimittitur. & in iubeleo uniuersa cunctis
debita relaxantur. atq; ad antiqua possessione uenditor
redit. Parabolam aut in euuangelio seminantis in qua
in terra bona centesimus & sexagesimus fructus exoritur.

& e contrario in terra mala triplex sterilitatis uarietas indicat[ur] in duos ordines diuidit bonae terrae & malae. Et quo modo a ap[osto]lis p[ro] relictis filiis & uxorib[us] in alio euuang[e]lio centies. in alio sep ties d[omi]n[u]s p[ro]mittit. & in futuro uitã aeternam. nullaq[ue] distantia ẽ inter centũ & septẽ. sic & in hoc numero non facere p[rae]iudiciũ ubi unius terrae sterilitas. unius terrae fertilitas p[rae]dicatur.

Presertim cũ & euuangelista marcus retrorsum innumerat. tri ginta sexaginta & centum. Dicit d[omi]n[u]s qui manducat car nẽ meam & bibit sanguinẽ meum. in me manet & ego in illo.

Sicut ergo sine aliqua differentia & gradib[us] x[ristu]s in nobis est. ita & nos in ipso sine gradib[us] sumus. Omnis qui diligit me. ser monẽ meum seruabit. & pater m[eu]s diliget eum & ad eum ue niemus. & mansionẽ faciemus apud illum. Qui iustus ẽ diligit.

Qui diligit. uenit ad eum pater & filius. & in eius habitat hos pitio. Ubi aut[em] huiuscemodi habitator est. puto quod nihil de esse possit hospiti. Sicut aut[em] dicit multae mansiones. sed aecle siarum in toto orbe numerum. quae constat una p[er] septem. Vado inquit & praeparabo uobis locum. non loca. Si haec repromissio p[ro] priae duodecim apostolo[rum] est. ergo paulus exclusus ẽ de hoc loco. & electionis uas sup[er]fluus putabitur & indignus. Johannes. & iacobus qui a plus poposcerunt ceteris. non inpetrauerunt. Et tamen non ẽ eorum dignitas imminuta. quia reliquis ap[osto]lis aequales fuerunt. Nescitis quia cor pora u[est]ra templum ẽ sp[iritu]s s[an]c[t]i. Tem plum inquit estis non templa. ut similiter habitatorem in omnibus ostenderet d[eu]m. Non p[ro] his tantum rogo. sed p[ro] illis qui credituri sunt in me. Ut sicut & ego pater in te & tu in me

apud patre[m] n[ost]r[u]m. n[on] in regno celo[rum] diuersas significat man siones.

unum sumus. ita omnes unum sint in nobis. Et iam quam dedisti mihi dedi eis.
Dilexisti eos sicut me dilexisti. Et quomodo nos sumus pater et filius
et spiritus sanctus unus deus. sic et unus populus in ipsis sit. hoc est quasi filii ca
rissimi divinae consortes naturae. Sponsa. soror. mater. et quaecumque
alia putaveris vocabula. unius ecclesiae congregatio est. quae num
quam est sine sponsa. fratre. filio. Una habet fidem. nec constupra
tur varietate dogmatum nec heresibus scinditur. Virgo [...] permanet.
quocumque vadit agnus sequitur illum. sola novit [...] canticum
Christi. Si autem mihi inquit opposueris stella ab [...] stella
differt in claritate. audies differre stellam ab [...] stella.
hoc est spiritales a carnalibus. Omnia membra aequaliter diligimus.
Nec oculum praeponimus digito. nec digitum auriculae. sed in
singulorum amissione membrorum. communis dolor est. Aequa
liter intr[o]imus hoc seculum. et aequaliter de eo egredimur. Unus
adam terrenus. et alter celestis. Qui in terreno fuerit. a si
nistris est et peribit. Qui in celesti a dextris est et salvabitur. Qui
fatue fratri dixerit et racha. reus erit gehennae. Et qui homicida
fuerit et adulter. mittetur similiter in gehennam. In per
secutione qui incenditur. qui suffocatur. qui decollatur. qui
fugerit. qui in carcere inclusus obierit. varia quidem luctaminum
genera. sed una corona victorum est. Inter eum fratrem qui semper
cum patre fuerat et postea paenitens est receptus. nulla diver
sitas est. Operariis primae horae et tertiae et sextae et nonae
et undecimae. unus denarius aequaliter redditur. Et quo
magis admireris. ab his incipit praemium qui minus in
vinea laboraverunt. His et huiuscemodi divinarum scripturarum

Responsio Ieronimi

testimoniis quae ad peruersitatem dogmatis sui callidus disputa
tor inclinat. Quis non temperetur. etiam electorum dicere. Et
quod iohannes apostolus antichristos dicit uenisse multos. haec
uera est antichristi praedicatio. quae inter ipsum iohannem et
ultimum paenitentem. nullam facit esse distantiam. Si
mulque miror quomodo serpens lubricus. et protheus noster.
in uariarum [illegible] se mutet portenta formarum. Qui enim in co
itu et [illegible] in saturitate epicureus est. subito in retribu
tione [illegible] meritorum stoicus efficitur. Hierosolimam cito
iudaeque a[illegible] et pro christo zenone commutat. Si non licet
austeritatibus paululum declinare et omnia peccata sunt paria
eiusdemque criminis reus est qui panem esuriens subripuerit. et qui
hominem occiderit. tu quoque maximorum scelerum reus tene
beris. Porro aliud est si te dicas ne minima quidem habere pec
cata. et omnes apostolos et prophetas et sanctos iuxta id quod in secunda
propositione disserui peccatores esse se plangant. solus de ius
ticia gloriaris. Ante nudo eras pede. modo non solum cal
ciato. sed ornato. Tunc pexa tunica et nigra subucula
uestiebaris. sordidatus. et pallidus. et callosam opere gesti
tans manum. nunc lineis et sericis uestibus et atrebatarum
ac laodiciae indumentis ornatus incedis. Rubent buccae.
nitet cutis. comae in occipitium frontemque tornantur.
protentus est aqualiculus. insurgunt umeri. turget guttur.
et de obesis faucibus uix suffocata uerba promuntur. Certe
in tanta diuersitate uictus atque uestitus. necesse est aut tibi
aut huic esse peccatum. Non quo peccatum in cibo aut in uestibus

ad seram. sed quo varietas et commutatio in deterius reprehensioni
proxima sit. Quod autem reprehenditur. a virtute procul est. Quod
a virtute procul est. vitio mancipatur. Quod vitiosum arguitur.
peccato iungitur. Quod peccatum est iuxta tuam sententiam in si-
nistra parte et hircorum grege adscribitur. Aut revertere
igitur ad antiquum propositum ut ovis esse possis a dextera.
aut si in priorem sententiam perversa paenitentia commutaris.
velis nolis. quamquam barbam raseris inter hircos numerabis. Ve-
rum quid prodest luscum vocare luscum. et accusatoris docere
inconstantiam. cum propositionum series diluenda sit. Oves et hedos
ad dexteram et sinistram. duos iustorum et peccatorum esse ordi-
nes non negamus. Arborem bonam fructus malos non facere.
nec malam bonos. nulli dubium est. Decem quoque virgines sapien-
tes et stultas. in bonas malasque dividimus. In diluvio liberatos
iustos. et peccatores aquis obrutos non negamus. In sodoma
et gomorra ereptum iustum et impios igne consumptos. omni-
bus perspicuum est. Decem quoque plagis percussam aegyptum et
israhel fuisse sospitem novimus. In mari rubro transisse ius-
tos. et faraonem cum suo exercitu demersum etiam in sco-
lis cantant parvuli. Sexcenta milia in deserto cecidis-
se quia incredula fuerint. et duos tantum terram repro-
missionis intrasse. scripturae docent. et reliqua quaeque
ad operarios vineae ac in duos bonorum et malorum ordines de-
scripsisti. Sed quale est ut quia inter bonos et malos divisio est.
tu ad seras inter ipsos bonos vel e contrario malos nullam
esse distantiam. nihilque referre utrum in pecore aliquis aries

sit an ouicula. Utrum primam lanam habeat an secundam.
Utrum scabidum pecus sit et morbidum. an uegetum atque
subsultans. Maxime cum hezechihel oues rationabiles. et
diuersitatem inter pecus et pecus. suae prophetiae aucto
ritate demonstret. dicens. Ecce ego iudicabo inter pecus
et pecus. et inter arietes et hircos. et inter pecus pingue et ma
cilentum. pro eo quod lateribus et umeris inpingebatis et cor
nibus uris uentilabatis omnia infirma pecora. donec disper
gerentur; Et ut sciremus quae ista sint pecora. statim intulit.
Vos autem greges mei greges pascuae meae. homines estis.
Ipsum ergo erit paulus et ille penitens qui cum patris uxo
re dormierat. quia in ecclesia post paenitentiam receptus
est. et quia semel a dextris est. in eadem cum apostolo claritate
fulgebit. Et quomodo in uno agello usque ad messem et con
summationem mundi zizania pariter frumentaque succres
cunt. Qua consequentia pisces boni et mali. sagena christi
et in rete euuangelico continentur. Cur inter po[?] ecclesiae id est
in archa noae. diuersa animalia. et pro qualitate meritorum
diuersae sunt mansiones. Cur adstitit regina a dextris domini
in uestitu deaurato. circumdata uarietate. Cur ioseph in
forma christi. uariam habuit tunicam. Cur apostolus loquitur ad
romanos. unicuique secundum quod deus diuisit mensuram fidei.
Sicut enim in uno corpore multa menbra habemus. omnia
autem menbra non eundem actum habent. Ita multi unum cor
pus sumus in christo. Singuli autem. alter alterius menbra.
Habentes autem donationes. secundum gratiam quae data est

nobis differentes. Siue prophetiam secundum mensuram fidei. Siue ministerium in ministrando. Siue qui docet in doctrina. Qui exortatur. In exortando. Qui tribuit. In simplicitate. Qui preest in sollicitudine. et cetera. Et in alio loco. Alius iudicat diem plusquam diem. alius iudicat omnem diem. Unusquisque in suo sensu habundet; Et ad corinthios. Ego plantaui. apollo rigauit. sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid. neque qui rigat. sed qui incrementum dat deus. Qui plantat et qui rigat unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet. secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores. dei agricultura. dei edificatio estis; Et rursum alibi. Secundum gratiam dei que data est mihi. quasi sapiens archi tectus. fundamentum posui. alius autem superedificat. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere. preter quam quod positum est. qui est ihesus christus. Si quis autem edificat supra fundamentum. aurum. argentum. lapides pretiosos. ligna. foenum. stipulam. uniuscuiusque opus apparebit. Dies enim illud manifestabit quoniam in igne reuelabitur. et singulorum opus quale sit. ignis probabit. Si cuius opus manserit. quod superedificauit mercedem accipiet. Si cuius autem arserit. detrimentum sustinebit. ipse autem saluus erit. sic tamen quasi per ignem; Si is cuius opus arsit et periit dampnum sustinebit laboris sui. perdit quidem operis sui premium. sed ipse saluabitur non tamen absque probatione ignis. ergo is cuius opus manserit. quod superedificauit sine ignis probatione saluabitur. Et inter saluationem et saluationem. erit utique aliqua diuersitas. Necnon et

in alio loco. Sic nos inquit aestimet homo quasi ministros
xpi & dispensatores misteriorum eius. Hic iam queritur
inter dispensatores. ut fidelis quis inueniatur. Uis scire quam
inter dispensatorem & dispensatorem sit multa distantia.
Non dico de malis & bonis. sed de ipsis bonis qui ad dextram
stant. audi consequentia. Nescitis quoniam qui in sacrificiis
operantur de sacrificiis comedunt. Qui altari seruiunt
de altari participantur. Sic & dominus disposuit his qui
euangelium adnuntiant. de euangelio uiuere. Ego autem non abutar
horum aliquo. Non scripsi autem hec. ut sic fiant in me. Melius
est enim mihi mori. quam ut gloriam meam quis euacuet. Si
enim euangelizauero. non est mihi gloria. Necessitas quippe
mihi incumbit. ue enim mihi est. nisi euangelizauero. Nam
si uoluntate hoc fecero. mercedem habeo. si autem nolens.
dispensatio mihi credita est. Que est ergo merces mea ut eu
uangelizans sine sumptu ponam euangelium xpi. ut non
abutar potestate que mihi data est in euangelio. Cum enim
essem liber ex omnibus omnium me seruum feci. ut plures lu
crifacerem. Numquid potes dicere peccare eos qui uiuunt
de euangelio & de sacrificiis participant. Utique non. Dominus
enim disposuit ut qui predicant euangelium. uiuant de euangelio.
Apostolus autem qui non abutitur hac licentia sed laborat manibus
suis ne quem grauet. & die & nocte operatur & ministrat
his qui secum sunt. utique hoc facit ideo. ut plus laborans
plus aliquid mercedis accipiat. Curram ad reliqua.
Diuisiones autem gratiarum sunt. idem autem spiritus. Et diuisio

nes ministrationum sunt. idem autem dominus. Et divisiones ope
rationum sunt. idem autem deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique
autem data est adapertio spiritus iuxta id quod expedit. Et iterum
Sicut enim corpus unum est et membra plurima habet.
omnia autem membra corporis cum sint multa unum est corpus.
sic et christus. Verum ne dicas in uno corpore diversa membra
unum habere meritum. statim gradus describit ecclesie et
ait. Quosdam quidem posuit deus in ecclesia primum apostolos. secundo
prophetas. tertio doctores. deinde virtutes et gratias cura
tionum. opitulationes. gubernationes. genera linguarum.
Numquid omnes apostoli? numquid omnes prophete? numquid omnes doc
tores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent
curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid
omnes interpretantur? Emulamini autem dona maiora. et
adhuc excellentiorem vobis viam demonstro. Cumque de ca
ritate et virtutibus latius disputasset. adiecit. Sive pro
phetie evacuabuntur. sive lingue cessabunt. sive scientia
destruetur. Ex parte enim cognoscimus. et ex parte propheta
mus. Cum autem venerit quod perfectum est. evacuabitur quod ex par
te est. Et in consequentibus; Nunc autem manent fides. spes. ca
ritas. tria hec. maior autem est his caritas. Sectamini ca
ritatem. emulamini spiritalia. magis autem ut prophetetis.
Et iterum. Volo autem omnes vos loqui linguis. magis autem
prophetare. Nam maior est qui prophetat. quam qui loquitur
linguis. Et rursum. Gratias ago deo. quod omnium vestrum ma
gis linguis loquor. Ubi diversa sunt dona et alius

maior alius minor est. & omnes spiritales appellantur. certe oues sunt & stant a dextris. Et inter ouem & ouem est aliqua diuersitas. Loquitur quidem de humilitate paulus apostolus. Ego sum nouissimus apostolorum.. qui non sum dignus uocari apostolus. quia persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum quod sum. & gratia eius in me non fuit uacua. sed amplius illis omnibus laboraui. non ego autem. sed gratia dei que in me est. Uerumtamen in eo quod se humiliat. ostendit posse apostolos alios minores alios esse maiores. Et utique electionis uas dicitur. & cunctis amplius laborauit. Non est iniustus deus. ut obliuiscatur operis eius. & dispar meritum aequali mercede conpens&. Dehinc legimus. Sicut in adam omnes moriuntur. sic in christo omnes uiuificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine. Quando unusquisque in suo resurgit ordine. utique diuersa sunt merita. Non omnis caro eadem caro. sed alia hominum. alia pecorum. alia uolucrum. alia autem piscium. Et corpora celestia. & corpora terrestria. Sed alia quidem celestium gloria. alia terrestrium. Alia claritas solis. alia claritas lune. & alia claritas stellarum. Stella enim ab stella differt in claritate. sic erit & resurrectio mortuorum. Quod tu scilic& doctus interpres sic exposuisti. ut diceres spiritales differre a carnalibus. ergo & spiritales & carnales in celis erunt. & iam non solum oues. sed &iam hyrci. et iam consc. ascendunt regna celorum. Stella inquit ab stella differt in claritate. non oues & hirci. sed oues & oues. id est stella & stella. Denique alia inquit claritas solis. & alia claritas lune. Ne stellam & stellam totum humane multitudinis

adsereres genus. solem posuit & lunā. quos certe inter hircos
non potes numerare. Sic inquit erit & resurrectio mortuorum
ut iusti in claritate solis fulgeant. ut qui in sequenti gradu
sunt. lunę splendore rutilent. ut alius lucifer sit. alius
arcturus. alius orion. alius mazuroth. & cętera stellarū
uocabula. quę sacrate in iob uolumine continentur. Omnes
enim ait manifestari nos oportet ante tribunal xpi. ut
recipiat unusquisq; quę gessit per corpus. siue bonū siue ma
lum. Ac ne forsitan dicas ante tribunal xpi nos manifes
tari. ut boni bona. mali recipiant mala. in eadem ępla
docet. Qui seminat parce. parce & metet. Et qui seminat
in benedictionibus. in benedictionib; & metet. Certe &
qui plus & qui minus seminat. in parte sunt dextera. Et
cū unius sementis genus sit. tamen mensura & numero
differunt. Scribit ad ephesios idem paulus. Ut nota fieret
nunc principatib; & potestatib; in cęlis per ecclesiam multiplex
& uaria sapientia dī. Cernis quantum in diuersis agminib; ecclę
uaria & multiplex dī sapientia predicetur. Nec non in
eadem ępla. Unicuiq; autem nrm data est grā iuxta mensu
ram grāę xpi. non quo xpi mensura diuersa sit. sed tan
tū gratia eius infunditur. quantū ualemus haurire. Frustra
igitur oues & hircos. quinq; & quinq; uirgines. egiptios &
israhelitas. & cetera huiuscemodi replicas. quia non est in
presenti retributio. sed in futuro. Unde & dies iudicii in
consummatione promittitur. quia nunc non est iudicium. Sine
causa enim appellatur dies extrema iudicii si modo iudicat

ds. In presentiarũ nauigamus. luctamur atq; pugnamus. ut in fine perueniam ad portũ. coronem. triumphem. Tu aut peruerse & lubrice psentis scti conuersatione in futurorum exempla pponis. tũ utiq; hic iniustitia sit. ibi iustitia. Do nec intrem in scũarium di. & intellegam in nouissimis eorum. Non aliter scs aliter peccator moritur. In eodẽ mari nauigantib;. eadem & tranquillitas & tẽpestas ẽ. Non aliter latro aliter martyr occidit. nec alio modo de adulteris & prostibulis. alio de castis matrimoniis nascuntur libi. Certe & dns. latrones ęquali iudicio cruci fixi sunt. Si idem & huius scti futuriq; iudicium. ergo qui a hic pariter crucifixi sunt. & in futuro similiter habebunt. Paulus & qui eum uinxerant simul naui gant. simul sustinent tempestatẽ. simul naui fluctib; dissipata in litus euadunt. Negare ñ potes quin inter uinctũ & uincientes diuersa sint merita & quomodo unũ apti militũq; naufragium ẽ. Refert postea paulus reuelationẽ. & eos qui in naui fuerant dicit sibi a dnõ ẽẽ donatos. Numquid is cui donantur. & qui donantur unius meriti sunt. Decem sci peccatricem possunt eru ere ciuitatẽ. Loth cũ filiab; ereptus ẽ de incendio. libera ti essent & generi si exire uoluissent. Et certe multa ẽ differentia inter loth & generos ei. Liberat segor u na urbs de pentapoli. & quę eiusdem meriti erat. atq; uni sententię subiacebat. cui sodoma & gomorra. adama & seboim. sci pcib; custodit. Ecce diuisũ meritũ

loth et segor. et tamen de incendio pariter euadunt. Latrunculi
qui absente dauid uastauerant siceleg. et uxores eorum et liberos
praedae duxerant. die tercia ceduntur in campo. et quadrigen
ti homines ascensis camelis fugiunt. Dic aliquam inter eos
qui caesi sunt et qui fugere potuerunt esse distantiam. Legi
mus in euangelio turrem siloe cecidisse super decem et
octo uiros. et obrutos occidisse. Certe iuxta sententiam
saluatoris. non soli fuerant peccatores. sed in formidine re
liquorum puniti sunt. ut pestilente flagellato. stultus sa
pientior fieret. Si omnium peccatorum. unum est supplicium.
iniuste alius occiditur. et per morte alterius alius commonetur.
Opponis mihi gomor mannae unaque mensuram. et uestitum.
et capillos et barbam et calciamenta ex aequo israhelitarum.
quasi non et nos xpi corpus aequaliter accipiamus. Una est
in misteriis scificatio domini et serui. nobilis et ignobilis. regis
et militis. quanquam pro accipientium meritis. diuersum fiat quod
unum est. Qui enim indigne manducauerit et biberit. reus
erit uiolati corporis et sanguinis xpi. Numquid quia et iu
das de eodem calice bibit de quo et xps et ceteri apostoli.
unius cum reliquis erit meriti. Quod si non uis recipere sa
cramentum. certe omnes equaliter uiuimus. unum tra
himus aerem. eodem humore inrigamur. hisdem ci
bis uescimur. Porro si alimenta cocorum arte mutantur
in melius. et fit aliquid suauius conditurís. huiusce
modi cibi non naturae satisfaciunt sed uoluntati.
Et que esurimus. et que algemus. simul contrahimur frigo
re. estibus et calore dissoluimur. Sol quoque ipse et luna et om
nis astrorum chorus et pluuiae et mundus. equaliter nob

currunt & hisdem omis iuxta euuangelium imbrib; inrigam(ur)
Boni & mali · iusti & iniusti · Si p(re)sentia exemplasunt futuro(rum)
ergo sol iustitiae aequalit(er) iustis & peccatoribus · impiis & scis
xpianis & iudeis atq; gentilib; orietur · cum scriptura dicat ·
timentibus aut(em) dmn · orietur sol iustitiae · Si timentib; oriet(ur)
ergo contemptorib; & pseudoprophetis occidit · Oues que stant
addextris uadunt adregna caelorum · hirci intartarum
detruduntur · Parabola ista nonouium interse merita · &
econtrario describit hircorum · sed inter oues & hircos tan
tu distantia facit · Neq; eni inomnib; locis docentur omia
sed unaqueq; similitudo adid refertur cuius similitudo e(st) ·
Sicut & dece uirgines nontotius generis humani · sed solli
citor(um) & pigror(um) exemplasunt · Quor(um) alteri dnm semper
prestolantur aduentum · alteri somno & inertiae se dan
tes · futuru iudicium nonputant · Unde & infine para
bole dicitur · Uigilate quia nescitis diem neq; horam ·
Si indiluuio liberatus e(st) noe & omis orbis interiit · omis
caro erant & propterea perierunt · aut nu eiusde esse di
cis meriti filios noe · & noe e(st) propter que filii liberati sunt · et
Aut maledictu cham ineodem ponis loco inquo & patre
quia diluuio similit(er) liberatus e(st) · In passione xpi omis
declinauerunt simul · inutiles facti sunt · non fuit qui
faceret bonu · non fuit usq; adunu · Audebisne igitur
dicere · sic negasse petru & ceteros apostolos qui fuge
runt quomodo & caipham & phariseos · & clamante
populum · crucifige crucifige talem · & ut de apostolis
taceam · eius demne tibi sceleris uidebitur reus · anna
& caiphas & iudas proditor cuius & pilatus · qui nolens

conpulsus est contra dictum ferre sententiam. Quanto maio
ris fuit meriti iudas. tanto maioris et criminis est. Et quan
to maioris criminis. tanto maioris et poenę. Potentes enim
potenter tormenta patientur. Arbor mala bonos fruc
tus non facit. nec bona malos. Si hoc ita est. responde mihi
quo modo paulus cum esset arbor mala persequens ecclesiam xpi.
fecerit postea fructus bonos. et iudas cum esset arbor bona
signa faciens cum apostolis. postea uersus in proditorem fecerit
fructus malos. Tamdiu ergo nec arbor bona malos fructus
facit. nec mala bonos. quamdiu uel in bonitate sua. uel
in malitia perseuerant. Porro quod omnis hebreus equali
ter pascha facit et septimo anno liber efficitur. et iube
leo id est quinquagesimo uniuersa possessio redit ad do
minos. hoc non de praesenti dicitur sed de futuro. Quia in
sex diebus huius seculi seruientes. in septimo die uero et aeter
no sabbato liberemur. Si tamen uoluerimus. perforabitur
nobis auricula in testimonium inoboedientiae. Et cum
uxore et filiis nostris quos protulimus liberati. id est cum carne
et operibus eius. iugiter seruiemus. Parabola autem sementis
quę ex utraque parte ternos fructus facit. et iuxta apos
tolum super fundamentum xpi alius aedificat aurum argen
tum lapides pretiosos. alius foenum ligna stipulam. cum et
in domo magna uasa diuersa sint. perspicue patet et
huic uelle contradicere. apertissimę inprudentię est.
Tamen ne exsultet in mendatio et exemplum apostolorum
in praeiuditium centenarii et sexagenarii. et tricenarii
adferat numeri. sciat in matheo et marcho apostolis.
qui sua uniuersa dimiserant centuplum repromissum.

esse liberi
dum adhuc
seruimus in
seclo. si nam
noluerimus.

In euuangelio aut(em) lucae multo plura id est ΠΟΛΥΙΙΛ acio
na et poenitus in nullo euuangelio p(ro) centum scriptu(m) esse sep
tem. Se que aut(em) falsarii aut imperitiae reum teneri. nec noce
re nobis quia in alio euuangelio a centu(m). in alio a triginta
incipit numerari. Cum omnis scriptura maxime uetus mino
rem p(ro)ponat numerum. et sic gradatim ad maiora conscen
dat. Verbi gratia. ut dicat aliqu(em) fuisse anno(rum) quinque et
septuaginta et centum. Nec tamen quinq(ue) et septuaginta
plura poterunt esse qua(m) centum. quia priora sunt nominata.
Si non accipis in bona partem. diuersitatem numeri centu(m)
et sexaginta et triginta. nec in malem partem accipies.
et idem uitium erit seminis quod sec(un)d(u)m uiam cecidit et su
p(er) petras et sup(er) spinas. Si et illa tria et hec. uel in malam uel
in bonam (partem) singula sunt. stultum fuit p(ro) duabus rebus sex
species numerare. presertim cu(m) in matheo et in marco
et in luca narrata parabola saluator semp(er) intulerit.
qui habet aures audiendi audiat. Ubi nihil est quod in
trinsecus lateat. frustra ad intellegentiam mysticam
p(ro)uocamur. Si aut(em) pater et filius mansionem faciunt a
pud credentes. et ubi xp(istu)s hospes e(st) ibi nihil deesse estimas.
puto quod aliter xp(istu)s habitauerit in chorinthiis aliter
in ephesiis. hoc est aliter in his apud quos paulus apos
tolus peccata multa rep(re)hendit. et aliter in his quibus
sacramenta a seculis ignorata disserunt. Aliter in tito
et thimotheo. aliter in paulo. Certe inter natos mulie
rum non fuit maior iohanne babtista. Ubi aut(em) maior
dicitur. necesse e(st) et ceteros habuerit minores. et qui
minimus e(st) in qui... in regno celorum. maior est illo.

Vides ergo quod et in caelis sit maximus et minimus. et inter
angelos quoque et invisibiles creaturas sit multiplex et infinita
diversitas. Quare apostoli dicunt. domine auge nobis fidem si omni
um una mensura est. Et dominus ad discipulum. quid dubitasti modi
ce fidei. In hieremia quoque de futuro regno legimus. Ecce di
es veniunt dicit dominus. et feriam domui israhel et domui iuda
foedus novum. non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris.
Et post paululum. Dabo legem meam in visceribus eorum. et in corde
eorum scribam illam. et ero eis in deum. et ipsi erunt mihi in po
pulum. Et non docebit ultra vir proximum suum. et vir fra
trem suum dicens. cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me.
a minimo usque ad maximum. Perspicuo ex contextu ip
sius loci futurum christi regnum propheta describit. Et qua
consequentia erit ibi minimus et maximus. si omnes aequa
les futuri sunt. utique ea quae in evangelio dicitur. Qui
docuerit et fecerit. vocabitur maximus in regno caelorum.
Qui autem docuerit aliqua et non fecerit erit minimus.
In convivio salvator praecepit ut inferiorem occupemus locum.
ne cum maior venerit de superiori turpiter detrudemur.
Si cadere non possumus. sed tantum per poenitentiam suble
vamur. Quid sibi vult scala illa in bethel per quam angeli
descendunt atque conscendunt. Quid de caelis ad terram veni
unt. certe inter oves et ad dexteram stabant. dum ibi essent.
angeli de caelo descendunt. et iovinianus de caelorum possessione se
curus est. Quis autem risum tenere queat. in eo quod multas
mansiones apud patrem ecclesias arbitratur in toto or
be divisas. cum manifestissime scriptura doceat. secundum
euuangelium iohannis non de ecclesiarum numero sed

de cęlorum mansionib; & aeternis tabernaculis · quę ꝓpheta
desiderat dño fuisse sermonē · Indomo inquit patris mei
mansiones multae sunt · Siquo minus dixissem uobis · quia
uado parare uobis locum · Et si abiero & pparauero uobis
locum · iterum ueniam & accipiam uos ad me ipsum · ut
ubi ego sum & uos sitis · Locum & mansiones quę p̄parare
se dicit xp̄s apostolis · indomo utiq; sunt patris id est inreg
no caeloꝝ · non interra inqua adp̄sens apostolos relinque
bat · Simulq; sensus scripturę intuendus · Dicerem inquit
uobis quia uado & p̄paro uobis locum · si non mansiones
multę essent apud patrem · hoc est si non unusquisq; man
sionē sibi non ex largitate dī · sed ex ꝓpriis operib; p̄para
ret · Et ideo non ē meum parare · sed uestrum · quia iudę
nihil ꝓfuit paratus locus · quē suo uitio pdidit · Iuxta
quē sensum & illud intellegendum qđ ad filios dicitur
zebedei · quoꝝ alter a sinistris alter cupiebat sedere a dex
tris · Calicem quidem meū bibetis · sedere aut̄ a dextris
meis siue ad sinistris · non ē meū dare uobis · sed quib; paratū
est a patre meo · Non ē dare filii · & quomodo patris ē p̄pa
rare · Paratę inquid sunt incęlo diuersę & plurimę man
siones · plurimis diuersisq; uirtutibus · Quas non psonę acci
piunt · sed opera · Frustra ergo me petitis quod in uobis
situm est · quod pater meus illis parauit · qui dignis uirtu
tib; ad tantam ascensuri sunt dignitatem · Porro qđ ait ·
iterum ueniam & accipiam uos ad me ipsum · ut ubi ego
sum & uos sitis · ꝓprie ad apostolos loquitur · de quib; & in
alio loco scriptum est · Ut quomodo ego & tu pater unū
sumus · sic & illi in nobis unū sint · qui crediderunt · qui

perfecti sunt· qui possunt dicere pars mea dominus· Sicut non sunt
plurimae mansiones· quomodo & in uetere testamento & in no
uo alium ordinem pontifex tenet· alium sacerdotes· alium
leuitae· alium aeditui· alium ianitores· Et in uolumine hieze
chielis ubi futurae ecclesiae & caelestis hierusalem ordo describitur·
sacerdotes qui peccauerant regradantur in aedituos & hostiarios· &
cum sint in templo dei hoc est ad dextris· non sunt inter arietes
sed inter minimas oues· In fluuio quoque illo qui de templo egreditur
& inrigat salsum mare & uniuersa uiuificat· multe speties
piscium describuntur· Quare in regno caelorum archangeli sunt·
angeli· throni· dominationes· potestates· cherubim & seraphim
& omne nomen quod nominatur· non solum in praesenti saeculo· sed
etiam in futuro· Sine causa diuersitas nominum est· ubi non
est diuersitas meritorum· Archangeli utique alio rum minorum est
angelorum archangelis· Et potestates & dominationes· habent
aliqua super quae exerceant potestatem· & in quae subiecta do
minentur· hoc in caelis est· hoc in ministerio dei· ne nos solito mo
re irrideas atque subsannes· Si imperatorem posuerimus & praefec
tos eius & comites· & tribunos· & centuriones· & manipulos
& reliquum ordinem militiae· Illud autem quod ait· nescitis
quia corpora uestra templum est spiritus sancti· ualde friuolum est· cum
scriptura diuina soleat & unum pluraliter· & plura singula
riter appellare· Et tamen sciat in templo quoque ipso multas
esse mansiunculas· esse exterius atrium· esse interius· esse
uestibula· esse sanctum· esse sancta sanctorum· Et sunt culinae in templo·
sunt & cellariola· sunt & torcularia· & uasorum receptacula·
ita & in templo corporis nostri· diuersa sunt merita· Non
eque deus in omnibus habitat· nec ad eandem mensuram omnibus

infundit. De spiritu moysi aufertur. & septuaginta presbite
ris datur. Puto aliam esse abundantiam fluminis. & aliam
riuulorum. Helie spiritus heliseo duplex datus est. unde & du
plex gratia. fecit signa maiora. Ille uiuus mortuum. iste
mortuus mortuum suscitauit. Ille famem inprecatus
est populo; iste obsesse ciuitati. sub una die hostiles copias
prebuit. Licet hoc quidam. nescitis quia corpora uestra tem
plum est spiritus sancti de cuncta credentium dicat ecclesia.
qui pariter congregati unum christi corpus efficiunt. Hic iam
queritur in corpore. qui pedibus christi dignus sit. qui capi
te. qui oculus eius sit. qui manus. Quod & due mulieres
in euangelio poenitentes & sancta significant. quarum altera
pedes altera caput tenet. tam & si nonnulli estiment
unam esse. & que primum cepit a pedibus eam gradatim
ad uerticem peruenisse. Sed & illud quod obicit. non pro
his tantum rogo sed & pro illis qui credituri sunt per uer
bum eorum in me. ut sicut ego pater in te & tu in me unum
sumus. ita omnes unum sint in nobis. Et quod omnis populus
christianus unum sit in domino quasi filii karissimi diuine consortes
nature. iam supra diximus & nunc plenius inculcandum
est. non nos secundum naturam sed secundum gratiam esse in patre &
filio. Neque enim eiusdem substantie est quod manichei solent
dicere anima humana & deus. Sed dilexisti inquit eos
sicut me dilexisti. Uides ergo quod in consortium sub
stantie eius adsumimur non nature esse sed gratie. & ideo
nos diligi. quia filium dilexit pater. Membra scilicet
diliguntur in corpore. Quotquot enim receperunt
christum. dedit eis potestatem pater filios dei fieri qui credunt

in nomine eius· Qui non ex sanguinib; neq; ex uoluntate
carnis. neq; ex uoluntate uiri· sed ex dõ nati sunt· Uerbũ
caro factũ ẽ. ut nos de carne transiremus in uerbum·
Nec uerbum desiit ẽẽ quod fuerat. nec homo perdidit
ẽẽ quod natus ẽ. Gloria aucta ẽ. non mutata natura·
Uis scire quomodo cum xp̃o unum corpus efficiamur·
doceat te ipse qui condidit· Qui comedit carnẽ meam
& bibit sanguinẽ meum· in me manet et ego in illo·
Sicut misit me uiuus pater· & ego uiuo ꝓpter patrẽ·
Et qui comedit me· uiuit ꝓpter me· Iste ẽ panis· qui de
de celo descendit· Sed & Iohannes euangelista qui de
pectore xp̃i hauserat sapientiam· in eadem uerba
concordat dicens· In hoc intelligimus qđ in eo manem̃
& ipse in nob· qm̃ de spũ suo dedit nobis· Si quis con
fessus fuerit qm̃ ihc ẽ filius dĩ· dš in eo manet & ipse in
dõ ẽ· Si credis in xp̃m quomodo & apl̃i crediderunt·
unum cũ eis in xp̃o corpus efficeris· Si autẽ temerari
um ẽ fidem eoꝝ tibi & opera uendicare· qui fidem
eandem & opera non habes· eundem locũ habere non
poteris· Porro quod iactitas sponsam· sororẽ· matrẽ·
& omĩa hec uocabula unius ẽẽ eccłę· cunctosq; cre
dentes his nominib; significari· contrarie facit· Si enĩ
unus ordo ẽ eccłę· & non habet plura membra in uno
corpore· quid necesse ẽ· ut sponsa· soror uocetur & mat̃·
nisi alioꝝ sponsa· alioꝝ soror· alioꝝ mater sit· Stant
quidem omſ ad dexterã· sed alius stat ut sponsus· Ali
us ut frater· alius ut filius· Filioli inquit mei· quos
iterũ parturio donec xp̃s formetur in uobis·

Putasne eiusdem esse meriti eos qui parturiunt et qui parturierunt?
Unde et stulte adserere voluisti omnia membra equaliter nos dili
gere. nec oculum preponere digito. nec manum auricule. sed in
singulorum amissione membrorum dolorem esse communem. cum
apostolus doceat ad chorinthios alia membra esse honestiora. alia
verecundiora. et que verecundiora sunt. maiore honestate
circumdari. que vero per se honesta. nostri non indigere sollici
tudine. Eiusdemne ordinis arbitraris et meriti os et alvum.
oculos et meatus per quos fimus et urina digeritur.
Lucerna inquit corporis tui est oculus. Si oculus cecus
fuerit. totum corpus in tenebris est. Si digitos amputes.
si summitatem auricule. est quidem dolor. sed non tantum
dampnum. nec tanta cum dolore deformitas. quantum
si oculos eruas. trunces nares. os desecces. Sine aliis membris vi
vere possumus. sine aliis omnino non possumus. Sunt peccata
levia. sunt gravia. Aliud est decem milia talenta debere.
aliud quadrantem. Et de ocioso quidem verbo. et de adul
terio rei tenebimur. sed non est idem suffundi et torqueri. eru
bescere et longo tempore cruciari. Putas nostrum esse quod
loquimur. audi apostolum iohannem. Qui scit fratrem
suum peccare peccatum non ad mortem. petat. et dabit
ei vitam. peccanti non ad mortem. Cernis quod si pro pecca
tis minoribus deprecemur impetremus veniam. si pro maiori
bus difficilis impetratio sit. et inter peccata et peccata.
magnam esse distantiam. Unde et populo israhel qui
peccaverat peccatum ad mortem. dicitur ad hieremiam.
Noli orare pro populo hoc. ne adsumas pro eis deprecationem et non
obsistas mihi quia non exaudiam te. Sicut omnes equaliter

& introimus in sc̄m & exim' e sc̄o · & hoc pręiudicio futu
rorū ē · ergo ęqualiter & iusti & peccatores habebimur
apud dn̄m · quia nunc pari modo & [illegible] generam̄ &
morimur. Quod si duos ēē conten[illegible] dis adam · al
terū terrenum alterū cęlestem · [illegible] & qui in terre
no fuerint · eos ēē a sinistra · qui ū in cęlesti · eos a dextris ·
responde mihi interim · ut de duob; te fratribus inter
rogem · Esau in terreno fuit · an in cęlesti? Nulli dubiū
ē quin in terreno eum fuisse respondeas · Iacob in quo
fuit? dices protinus in cęlesti · Et quomodo in cęlesti fuit
cum adhuc xp̄c non uenisset in carne · qui sc̄ds & celes
tis adam dr̄ · Aut igitur om̄s ante incarnationem xp̄i
in uetere reputabis adam · & iusti qq · in terreno homi
ne & a sinistra erunt inter hircos tuos. Aut si impium
ē ibi isaac ponere ubi ismahel · ibi iacob ubi esau · ibi
scōs ubi peccatores. Nouissim̄ adam ex eo tempore nu
merabitur quo xp̄c natus ē ex uirgine & argumentū
duorū adam non p̄ficiet omnib; & hedis tuis quia in pri
mo adam & oues & edos fuisse conuincimus · et in ē uno
atq· eodem homine alios a dextris di stetisse alios a
sinistris. Ab adam enim usq· ad moysen mors super
om̄s dominata ē · & iam sup̄ eos qui non peccauerunt
in similitudinem preuaricationis adam. Deco autem
quod niteris adp̄bare · conuitium & homicidium · racha
& adulterium · & ociosū sermonē & impietatē uno sup
plicio repensari · iam & supra responsum ē · & nunc bre
uiter respondebo · Aut peccatorem te negabis ut non
sis reus gehennę · aut si peccator fueris & iam de leui crimine

duceris ad tartarum. Os inquit quod mentitur. occidit
animam. Suspicor [hole] te aliquando ut hominem fuisse mentitum.
Omnis enim [hole] homo mendax. ut sit deus solus uerax.
& iustificetur [hole] in sermonibus suis. & uincat cum iudi
cauerit. Aut [hole] igitur homo non eris ne mendax
sis. Aut si quia homo es. mendax fueris. cum parricidis
& adulteris punieris. Nulla est enim inter peccata diuer
sitas. & non tibi habebunt tantas gratias quos de humi
li in sublime leuas. quantum irascentur quos propter leue coti
dianumque peccatum in exteriores tenebras retrusisti.
Si autem in persecutione qui suffocatur & qui decollatur. & qui
fugerit. & qui in carcere retrusus obierit. in uariis luc
te generibus una corona uictoriae est. & hoc pro nobis facit.
In martire enim uoluntas ex qua ipsa mors nascitur
coronatur. Meum est opponere me gentilium furori.
& dominum non negare. Iam in illorum arbitrio est aut decollare
aut urere. aut recludere in carcerem. aut uaria gene
ra adhibere poenarum. Quod si fugero & in solitudine obi
ero. eadem erit corona morientis. quia eadem & causa
mortis est Christus. Illud uero quod dicis inter eum fratrem
qui semper cum fratre [patre] fuit. & qui postea penitens est receptus
nihil penitus discrepare. adicio si uis & dragmam unam
quae perdita fuerat & inuenta. iunctam esse cum reliquis. &
ouem unam quam nonaginta nouem ouibus derelictis bonus
pastor inquisiuit & retulit explesse numerum centena
rium. Sed aliud penitentem esse & lacrimis ueniam
deprecari. aliud semper esse cum patre. Unde & per hiezechiel
ad reportatam ouem & perditum quondam filium loquitur

pastor & pater. Et suscitabo pactũ meum tecum. & scies quia
ego dñs. & recordaberis & confundaris ut non sit tibi ultra
aperire os pre confusione tua. cum placatus fuero tibi
in omnib; que fecisti; Ut nihil minus iusto habeant peniten
tes. sufficit eis pro omni poena sola confusio. Unde & in alio
loco dicitur ad eos. Et recordabimini uiarũ urãrũ & omni
um scelerum quib; polluti eratis. & displicebitis uobis in
conspectu urõ in omnib; malitiis uris quas fecistis. & scie
tis quia ego dñs cum benefecero uobis ppt nomen meum
& non scdm uias urãs malas. neq; scdm scelera urã pessi
ma. Arguitur quoq; a patre filius quod saluti fratris inui
deat. & cum angli laetentur in caelo. ille liuore cruci
etur. Quanquã duorum fratrum similitudo frugi.
& luxuriosi non ad eadem merita totius generis hu
mani. sed uel ad iudaei ptineat xpianiq; psonas.
uel ad scõrum & paenitentum. Super qua parabola
libellum damaso quondam epo. dum adu iueret
dedicaui. Possessio operariis primae horę & tertię
& sextę & nonae & undecimae. unus denarius red
ditur. & ab eis incipit premium qui nouissimi in
uinea laborarant. & hic non unius temporis & uni
us aetatis homines describuntur. sed ab exordio mun
di usq; ad finem. uocationum sacramenta sunt diuer
sarum. Prima hora uocatus est abel & seth. tertia
enoch. & noe. Sexta abraham. isaac. & iacob. Nona
moyses. & pphetae. Undecima. gentilium populus.
Cui primo redditur merces. quia in cruci fixum cre
dens dnm. difficultate fidei magnitudinẽ meruit

premiorum. Multiq; reges & prophete quesierunt uidere
que uidemus & non uiderunt. Unus autem denarius non
unum est premium. sed una uita & una de gehenna liberatio.
Ceterum quomodo ad indulgentiam principalem diuersorum
criminum rei dimittantur e carcere. & unusquisq; pro
labore & operib; suis in hoc uel in illo statu uite est. ita & de
narius quasi indulgentia ueri principis omnes per baptis-
mum emittit e carcere. Iam nostri laboris est pro diuersitate
uirtutum. diuersa nobis & premia preparare; Huc usq; per
partes ad proposita respondimus. sequens sermo in commu
ne ad omnia respondebit. Dominus ad discipulos. Qui uult inquit
inter uos maior esse. sit omnium minimus. Si omnes in celo
equales futuri sumus. frustra nos hic humiliamus. ut ibi
possimus esse maiores. De duobus debitoribus quingentorum
denariorum & quinquaginta. cui plus dimittitur plus a
mat. unde & saluator. dico inquit tibi remittentur
ei peccata multa. quoniam dilexit multum. Cui autem minus
dimittitur. minus diligit. Qui minus diligit & minus
ei dimittitur. utiq; in minori gradu erit. Paterfami
lias proficiscens tradidit seruis suis substantiam. alii
quinq; talenta. alii duo. alii unum. unicuiq; secundum pro
prias uires. Simile quid & in alio euangelio scribitur. quod
homo nobilis proficiscens in regionem longe ut acciperet
sibi regnum & reuerteretur. uocauerit decem seruos. & dede
rit eis singulas mnas. e quib; unus lucratus sit decem
mnas. alius quinq; & singuli iuxta uires suas. & emolu
mentum uel decem uel quinq; acceperint ciuitates. Porro ali
us qui unum talentum siue unam mnam acceperat. quod acce

pit infodit siue in sudario colligauit. & domini reserua
uit aduentum. Primum considerandum quod si iusti non spe
profectus laborant ut uult noster zeno. sed ne perdant
quod habent. iste qui mnam & talentum infodit ne perderet
quod acceperat. non peccauit. magisque laudanda cautio
reseruantis. quam cassus labor eorum. qui sine laboris
premio desudarunt. Deinde quod hoc ipsum talentum
quod auferetur a timido et neglegente seruo non detur ei qui
minus lucri fecerat sed qui plus. id est qui super decem positus
fuerat ciuitates. Si numerus non facit ordinem. quare
dixit. dedit unicuique secundum uires suas. Si eadem sunt
lucra quinque talentorum & decem. cur ei qui minus lucri fe
cerat non decem. & ei qui plus non quinque traduntur
urbes. Quod autem dominus non his contentus sit quae habe
mus. sed semper maiora desideret. ipse demonstrat di-
cens. Quare non dedisti pecuniam meam ad trapeze
tas. & ego ueniens cum usura exegissem. Quod quidem
& paulus apostolus sciens. preteritorum obliuiscitur & ad ea
quae in ante sunt se extendit id est proficit cotidie. Nec ser
uat delicate in sudario gratiam quam accepit. sed ut aua
rus negotiator renouatur de die in diem. Et decresce
re se putat nisi semper creuerit. Sex urbes fugitiuorum
describuntur in lege. qui hominem interfecere nolentes (l. inuiti).
& ipse urbes sacerdotales sunt. Rogare libet fugitiuos
istos inter hircos tuos. an inter oues nostras colloces.
Si hirci essent occiderentur ut homicide ceteri. nec
ministrorum dei intrarent ciuitates. Si oues dixeris.
utique non erunt tales oues quae absque luporum metu

tuta libtate pascunt. & pbabitur tibi oues quidem eas ee. sed
erroneas. Ad dextris ee. uerū non stare sed fugere. donec
moriatur sacerdos magnus. & ad inferna descendens li
beret animas fugitiuorū. Gabaonite occurrunt filiis
isrt. & cesis aliis gentib; in lignarios & aquarios reser
uantur. tantiq; apud dnm meriti sint. ut stirps saul ob
eorū iniuriam sit deleta. Inter quos eos collocabis.
Inter hircos. Sed non sunt interfecti. & sententia dni
uendicant inter oues. Sed dicit scriptura qđ non sint
eiusdem meriti. cuius & hisrt abelite. Vides ergo quod
stent quidem a dextris. sed multo inferiori gradu.
Inter dauid uirū scm & saul regem pessimū. medius io
nathan fuit. Quem & inter hedos possum ponere. qr
& pphete amore dign̄ e. nec inter arietes. ne parem e
um faciamus dauid. maxime cum & ipse interfect
sit. Erit igitr inter oues. sed inferiori ordine. Et quo
modo inter dauid & ionathan. ita inter ouem & ouē
cogeris suscipere differentias. Seruus qui cognouit
uoluntatē dni sui & non pparauit nec fecit secđm uo
luntatē eius. uapulabit multas. qui aut non cogno
uit & fecit digna plagis uapulabit paucis. Omi enim
cui multum datum e. multū queritur ab eo. Et cui cō
mendatur multum. plus exigetur ab illo. Ecce seruo &
seruo plus minusue committitur. & p qualitate com
missi atq; peccati. plagarū quoq; numerus irrogatur.
Tota iudeę terrae tribuumq; descriptio. futurę in celis
ecclesię tipus e. Legam' ihu naue legam' iezechielis ex
tremas partes. & uidebim' quicquid in altero quasi

per historiam in terra distribuitur. In altero in cęlis spiritali-
ter repromitti. Quid sibi uolunt in descriptione templi sep
tem & octo gradus. Quid rursum in psalterio post elemen
ta centesimi octaui decimi psalmi quib; mysticu erudim(ur)
alfabetum per quindecim gradus usq; illuc peruenim(us)
ut possimus canere. ecce nc benedicite dnm omns serui
dni. qui statis in domo dni in atriis domus di nri. Quare
duę & semis tribus trans iordanen habitant ubi plurima
sunt iumenta. & nouem & semis reliquę t expellunt
pristinos habitatores de sedib; suis. t cu ipsis habitant.
Cur leuitica tribus in terra partē non accepit. sed dns
pars eius ē. Et inter ipsos leuitas & sacerdotes. ad
sca scōz. ubi cherubin & ppitiatorium ē pontifex so
lus ingreditur. Quare reliqui sacerdotes lineis tantum
utuntur uestib;. & non habent indumentu auro. iacin
cto. cocco. purpura. byssoq; contextu. Inferioris gra
dus leuitę & sacerdotes plaustra & boues accipiunt.
maioris ordinis ipsi gestant arcā dni umeris suis.
Si tollis ordinē tabnaculi templi & ecclesię. si omnes
qui a dextris sunt unu ut uulgo dicit encomma ad
militiam pbat. nequaquā episcopi. frustra presbite
ri. sine causa diaconi sunt. Quid pseuerant uirgines.
Cur laborant uiduę. Cur maritę se continent. Pecce
mus oms. & post penitentiam idem erimus qd apti
sunt. Uerum iam cepimus terram pspectare de pela
go. & post montes gurgitum. spumeos fluctus. & na
uem uel in sublime subrectam. t in ima pcipitem.
paulatim fessis & langentibus portus aperitur.

· uirginib;
Diximus de nuptis. uiduis. uirginitatem uiduitati. uiduitatem
pretulimus matrimonio. Exposita est ΠΕΡΙΚΟΠΗ apostoli de binis
ce modi questionibus disputantis. singulis oppositionibus
responsum est. Secularis quoque litteratura uenit in medium.
que uirgines fuerint. que uniuire. & econtrario quas inter
dum habeat molestias uinculum coniugale. Transiuimus
ad secundam partitionem. in qua negat eos qui tota fide bap
tisma consecuti sunt. deinde posse peccare. Et docuimus quod
excepto deo. omnis creatura sub uitio sit. Non quo omnes
peccauerint. sed quod peccare possint. & similium ruina
stantium metus sit. Tertio uenimus ad ieiunia. Et quia
aduersarii duplex propositio fuerat uel ad philosophos
uel ad diuinarum scripturarum prouocantis exempla.
nos quoque ad utrumque respondimus. Quarta id est extrema
diuisio. oues & hedos. dextram & sinistram. iustos & pecca
tores in duos ordines distribuerat. uolens ostendere nul
lam inter iustum & iustum. peccatorem & peccatorem esse
distantiam. Et ut hoc probaret. infinita de scripturis exem
pla congesserat. quasi suo sensui congrua. Cui nos questio
ni & argumentis & exemplis respondimus scripturarum.
ueteremque zenonis sententiam tam communi sensu quam
diuina lectione contriuimus. Nunc restat ut epicurum
nostrum sub antem in hortulis suis inter adolescentulos & mu
lierculas adloquamur. Fauent tibi crassi. nitidi. dealba
ti. Adde si uis iuxta socraticam irrisionem omnes sues
& canes. Et quia carnes amas. uultures quoque. aquile. ac
cipitres & bubones. numquam nos aristippi multitudo ter
rebit. Quoscumque formosos. quoscumque calamistratos. quos

crine composito· quasi rubentib; buccis uidero· de tuo armen
to sunt. immo inter tuas sues grunniunt· De uero grege tris
tes· pallidi· sordidati· & quasi peregrini huius sc̄li licet ser
mone taceant· habitu loquuntur & gestu· Heu mihi. quia
peregrinatio mea prolongata ē· habitaui cū habitantibus
cedar. uidelicet in tenebris huius mundi· quia lux lucet
in tenebris. & tenebrę eam non comprehenderunt· Ne glo
rieris quod multos habes discipulos· Filius dī in iudęa do
cuit. & duodecim illum tantum sequebantur. Torcular
inquit calcaui solus· & de gentib; uir non ē mecum.
Ille in passione solus remansit. & petri quoq; erga eum
trepidauit constantia. Phariseorum autem doctrinę omnis
popls applaudebat dicens· Crucifige crucifige talem.
nos non habemus regem nisi cesarem· id ē uitia sequimur
non uirtutes· epicurū non xpm̄· iouinianum non a
ptm paulum· Quod adquiescunt multi sententię tuę. Indi
cium uoluptatis ē· Non enim tam eloquentem probant. quā
suis fauent uitiis· In circulis platearū cotidie fictus ario
lus stultorū nates uerberat. & obtorto fuste dentes mor
dentium quatit. nec tamen deest qui semp possit induci·
Et pro magna reputas sapientia. si plures porci post te cur
rant. quos iehennę succidio nutrias· Post preconium tuū
& balneas quę uiros pariter & feminas lauant. omnis impa
tientia quę ardentem prius libidinē quasi uerecundię
uestib; protegebat. nudata ē & exposita· Quę ante in oc
culto erant. nunc in propatulo sunt· Ostendisti tales disci
pulos· non fecisti· Hoc perfecit doctrina tua. ut peccatum
ne penitentiam quidem habeat· Virgines tuę quas pru

dentissimo consilio quod nemo unquam legerat nec audierat
de apostolo docuisti. melius est nubere quam uri. occultos
adulteros in apertos uerterunt maritos. Non suasit hoc
apostolus. non electionis uas. Virgilianum est consilium. Coniu
gium uocat hoc pretexit nomine culpam. Quadringenti
fere anni sunt. quo xpisti predicatio fulget in mundo. ex quo
innumerabiles hereses tunicam illius sciderunt. Uni
uersus pene error de chaldeo & syro & greco sermone pro
cesserat. Basilides magister luxurie & turpissimorum con
plexuum post tot annos ita in iouinianum quasi in eu
phorbium transformatus est. ut latina quoque lingua ha
beret heresim suam. Nulla ne fuit alia in toto orbe prouin
tia que reciperet preconium uoluptatis. in qua coluber
tortuosus inreperet. nisi quam petri doctrina super petram
fundauerat xpistus. Uexillum crucis & predicationis auste
ritas. ydolorum templa destruxerat. contra regione luxu
ria poenis & gutturis subuertere nititur fortitudinem
crucis. Unde per esaiam loquitur deus. Populus meus qui
beatificant uos seducunt uos. & semitas pedum uestrorum
conturbant. Necnon per hieremiam. Fugite de medio ba
bylonis. & seruate unusquisque animam suam. & nolite
credere pseudoprophetis. qui dicunt pax pax & non est
pax. qui semper ingeminant templum domini templum
domini. Prophete tui uiderunt tibi falsa & insipientia non
aperuerunt iniquitatem tuam ut te ad penitentiam
prouocarent. qui deuorant plebem ut cibum panis. dominum
non inuocauerunt. Hieremias captiuitatem nuntians
lapidatur a populo. Ananias filius azur. frangebat

l firme

adpresens ligneos torques & in futuro ferreos praeparabat.
Semper ΨΕΥΔΟΠΡΟΦΗΤΑΙ dulcia pollicentur. & ad modicum
placent. Amara est ueritas. & qui eam predicant replentur
amaritudine. In azimis enim ueritatis & sinceritatis
domini pascha celebratur. & cum amaritudinibus comedi
tur. Egregia sane uox. & quam audiat sponsa christi inter
uirgines uiduas celibes unde & ipsum nomen in
ditum est. quod celo digni sint qui coitu careant. Raro
ieiunate. crebrius nubite. non enim potestis implere
opera nuptiarum. nisi mulsum & carnes & nucleum
sumpseritis. Uiribus opus est ad libidinem. cito caro con
sumpta marcescit. nolite metuere fornicationem.
Qui semel in christo baptizatus est. cadere non potest. Habet
enim ad despumandas libidines solatia nuptiarum.
Quod si & cecideritis redintegrabit uos penitentia.
Et qui in baptismate fuistis ΥΠΟΚΡΙΤΑΙ. eritis in peni
tentia solide fidei. Neque turbemini putantes inter ius
tum & penitentem aliquid interesse & humiliorem gradum.
Dare quidem ueniam. sed coronam tollere una est retri
butio. Qui ad dexteram steterit. introibit regna celorum.
His consiliis subulci tui nostris pastoribus ditiores sunt.
& hirci plurimas secum trahunt capras. Equi insa
nientes in feminas facti sunt. statim ut mulieres uide
rint adhinniunt. & impatientiam suam pro nefas
scripturarum solantur exemplis. Sed & ipse mulierculę
miserę. & non miserabiles. preceptoris sui uerba cantan
tes. Quid enim nisi semen requirit deus. Non solum
pudicitiam. sed & uerecundiam perdiderunt. maiorique

procacitate defundunt libidinem quã exercent. Habes prę
terea in exercitu tuo plures succenturiatos. habes scurras & ue
lites in presidiis crassos. compositos. nitidos. clamatores. qui te
pugnis calcib; q; defendant. Tibi cędunt de uia nobiles. tibi
osculantur diuites caput. Nisi enim tu uenisses. ebrii atq; ruc
tantes paradysum intrare non poterant. Macte uirtute
immo uitiis. habes in castris tuis & amazonas exerta
mamma & nudo brachio a genu uenientes contra se ui
ros ad pugnam libidinũ prouocantes. Et quia opulentus pa
ter familias es. in auiariis tuis non turtures sed upupae
nutriuntur. quę tota fetidę uoluptatis lustra circũuolent.
Me carpe. me dissice. obice crimina quę uolueris. argue
luxurię & delitiarum. magis me amabis si talis fuero.
ero enim de armento tuo. Sed & ad te loquar quę
scriptam in fronte blasphemiam xpi confessione deles
ti. urbs potens. urbs orbis domina. urbs apli uoce lau
data. Interpretare uocabulum tuum ΡΩΜΗ aut forti
tudinis nomen ẽ iuxta grecos. aut sublimitatis iuxta
hebreos. Serua quod diceris. uirtus te excelsam faciat.
non uoluptas humilem. Maledictionẽ quam tibi sal
uator comminatus ẽ in apocalipsi. potes effugere per
penitentiam. habens exemplum niniuitarũ. caue
iouinianum nomen. quod de ydolo diriuatum est.
Squalet capitolium. templa iouis & cerimonię conci
derunt. Cur uocabulum eius apud te & uitia uigeant.
Adhuc sub regibus & sub numa pompilio facilius maio
res tui pythagorę continentiam. quã sub consulibus
epicuri luxuriam susceperunt.

EXPL ADVERSVS IOVINIANV LIBER SECVNDVS
INCIPIT APPOLOGETICV EIVSDE OPERIS AD PAMMACHIV.

CRISTIANI INTERDVM PVDORIS EST & IAM
apud amicos tacere. & humilitatē suam magis silentio
consolari. quam retractando ueteres amicitias am
bitionis crimen incurrere. Quamdiu tacuisti tacui. nec
expostulare umquam super hac re uolui. ne non amicū
quererē. sed potentiorē uiderer expetere. Nunc autem
prouocatus officio litterarum primas semper habere par
tes temptabo. & non tam rescribere quā scribere. ut &
uerecunde hucusq; tacuisse & uerecundius loqui cepisse
cognoscar de opusculis meis contra iouinianum. quod &
prudenter & amanter feceris exemplaria subtrahendo
optime noui. Sed nihil profuit ista diligentia. cum
aliquanti ex urbe uenientes. mihi eadem lectitarint
quę se romę excepisse referebant. In hac quoq; prouincia
libri fuerint diuulgati. & ut ipse legisti nescit uox mis
sa reuerti. non sum tantę felicitatis quanti pleriq;
huius temporis tractatores. ut nugas meas quando uolu
erim emendare possim. Statim ut aliquid scripsero.
aut amatores mei aut inuidi diuerso quidem studio
sed pari certamine in uulgus nostra disseminant. Et
uel in laude et in uituperatione nimii sunt. non meritū
stili. sed suum stomachum sequentes. Itaq; quod solum fa
cere putaui [excusatorium] ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΝ ipsius operis tibi ΠΡΟC
[Acclamaui] ΦΩΝΗCΑ. Quę cum legeris. aut ipse pro nobis ceteris satis fa
cies. aut si tu quoq; narem contraxeris. illa apostoli ΠΕΡΙΚΟΠΗΝ
in qua de uirginitate & nuptiis disputat. aliter dissere.

conpelleris. Nec hoc dico quo te ad scribendum prouocem.
cuius in sacris litteris studium pre me fero. sed ut alios qui
nos lacerant. hoc facere conpellas. Norunt litteras. uidentur
sibi scioli. possunt me non reprehendere. sed docere. Si
aliquid scripserint. magis ex operis eorum comparatione
mea interpretatio neglegitur. Lege queso te. & diligenter
apostoli uerba considera. & tunc uidebis me propter calumniam
declinandam multo plus quam ille uoluit in maritos fuisse
clementem. Origenes. dionisius. pierius. eusebius cesari
ensis. didimus. apollinaris. latissime hanc epistolam inter
pretati sunt. Quorum pierius cum sensum apostoli uentilaret
atque dissereret. & proposuisset illum exponere. uolo autem
omnes esse sicut me ipsum. adiecit. ΠΑΥΤΑΛΕΓѠΝΙΤΥΑΟC
ΑΝΣΙΚΡΤΕΑΤΑΜΙΑΝ ΚΗΡΥCCΕΙ. Quid hic peccatum meum atque
duritia. Cum uniuersa que scripsi huic sententie comparata
lenissima sunt. Reuolue omnium quos supra memoraui
commentarios & ecclesiarum bibliothecis fruere. et
magis concito gradu ad optata cepta que peruenies. Audio
totius inte urbis studia concitata audio pontificis &
populi uoluntate pariter mente congruere. minus est tenere
sacerdotium quam mereri. Libros sedecim prophetarum
quos in latinum de hebreo sermone uerti si legeris. &
delectari te hoc opere conperero. prouocabis nos
etiam cetera clausa armario non tenere. Transtuli nuper
iob in linguam nostram. cuius exemplar a sancta marcella con
sobrina tua poteris mutuari. Lege eundem grecum &
latinum. & ueterem editionem nostre translationi compa
ra. & liquido peruidebis quantum distet inter ueritatem &

mendacium. Miserã quodã ΤΩΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ in pro
phetas duodecim sc̃o patri domno nr̃. samuelem quoq; & mala
chim. id est quatuor regum libros. Quę si legere uolueris
pbabis quantae difficultatis sit diuinã scripturã. & maxi
me pphetas intellegere. & inter ptum uitio q; uix apud suos
purissimo cursu orationis labuntur. apud nos scatere ui
tiis. Porro eloquentiã quam p xp̃o in cicerone contemp
nis. in paruulis ne requiras; ecclesiastica interpretatio
etiam si habet eloquii uenustatem dissimulare eã debet
& effugere. ut non ociosis philosophorum scolis paucisq;
discipulis. sed uniuerso loquatur hominũ generi.

EXPL PREFATIO. INCIP ADPOLOGETICUM.

QUOD AD TE HUCUSQUE
non scripsi. causa fuit silentium tuum. Uerebar
enim. ne si tacenti scriberem. molestum me ma
gis quã officiosum putares. Nunc autẽ puocatus
dulcissimis litteris tuis & huiuscemodi litteris quę me ad
philosophiam nr̃i dogmatis prouocarent. & condiscipu
lum quondã & sodalem & amicum obuiis ut aiunt ma
nibus excipio. defensoremq; eorũ opusculorum paro. Ita tamen
si ante te placatum iudicem habuero. immo si oratorem
meum sup omnib; quę in me arguunt instruxero. Hoc &
enim tullius cuius & ante illum in breui & solo uolumine scri
bit antonius primã causę ee uictoriam. diligenter causã
p qua dicturus es dicere. Reprehendunt in me quidam
qđ in libris quos aduersum iouinianũ scripsi. nimius
fuerim in laude uirginũ & in sugillatione nuptarum.
& aiunt condemnationẽ quodammodo ee matrimonii

Sugillatio. repre
hensio. suffocatio.
irrisio.

intantum pudicitiam predicare. ut nulla posse uideatur
inter uxorem & uirginem comparatio derelinqui. Ego
si bene problematis (id est propositionis) memini. inter iouinianum & nos ista
contentio est. quod ille exaequat uirginitati nuptias. nos
subiciamus. Ille uel parum uel nihil. nos multum interesse di
camus. Denique idcirco te post dominum faciente damnatus est.
quod ausus sit perpetue castitati matrimonium compara
re. aut si id ipsum uirgo putatur & nupta. Cur piaculum hu
ius uocis roma (uictorinus) audire non potuit. Virgo a uiro. non uirgo
a partu. medium esse nihil potest. Aut mea sententia est
sequenda. aut iouiniani. Si reprehendor quod nupti
as uirginitati subicio. laudetur ille qui conparat. Si
autem damnatus est qui equales putabat. damnatio eius
mei operis testimonium sit. Si seculi homines indignantur
in minori gradu se esse quam uirgines. miror clericos
& monachos & continentes id non laudare quod faciunt.
Castrant se ab uxoribus suis. ut imitentur uirginum castitatem.
& idipsum uolunt maritos esse quod uirgines. Aut iungan
tur itaque uxoribus suis quibus renuntiauerant. aut si se abs
tinuerint. etiam (quasi) tacentes fatebuntur melius esse quod nuptia
rum operi pretulerunt. An rudis in scripturis & nunc
primum sacra uolumina legens. lineam & ut ita dicam
tenuem dicendi filum inter uirginitatem & nuptias seruare
non potui. Videlicet nesciebam dictum Noli esse iustus
multum. Et dum unum latus protego. in altero uulnerat
sim. Atque ut manifestius loquar. dum contra iouinianum
presso gradu pugno. a manicheo me a terga confusa sint.
Nonne queso statim in principio operis mei ista praefatus

sum. Neque uero martionis & manichei dogma sectantes
nuptiis detrahimus. nec tatiani principis encratitarum
errore decepti. omnem coitum spurcum putamus. qui non
solum nuptias sed cibos quos deus creauit ad utendum dam
nat & reprobat. Scimus in domo magna non solum uasa esse
aurea & argentea. sed & lignea & fictilia. Et super fundamen
tum xpi quod paulus architectus posuit. alius aedificat
aurum. argentum. lapides pretiosos. alius econtrario. fenum.
ligna. stipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias &
cubile inmaculatum. Legimus primam dei sententiam. Cres
cite & multiplicamini & replete terram. Sed ita nuptias
recipimus. ut uirginitatem quae de nuptiis nascitur prefe
ramus. Numquid argentum non erit argentum. Si au
rum argento pretiosius est. aut arboris & segetis contume
lia est. si radici & foliis. culmo & aristis poma preferantur
& fructus. ut poma ex arbore. frumentum ex stipula. ita
uirginitas e nuptiis. Centesimus & sexagesimus & trice
simus fructus quamquam de una terra & de uno semente
nascatur. tamen multum differt in numero. Triginta referun
tur ad nuptias. Nam & ipsa digitorum coniunctio & quasi
molli osculo se complexans & foederans. maritum pingit
& coniugem. Sexaginta uero ad uiduas. eo quod in angustiis
tribulationum sint positae. Unde & superiori digito
deprimuntur. Quantoque maior est difficultas expertae
quondam uoluptatis illecebris abstinere. tanto maius
& premium. Porro centesimus numerus. diligenter
queso lector attende. de sinistra transfertur ad dextram.
& isdem quidem digitis. sed non eadem manu quibus

Encratitae .i. continentes latine. hii heretici nuptias damnant. atque omnino pares eas fornicationibus faciunt nec recipiunt in suo numero tantum marem & feminam. non uescuntur carnibus, easque omnino abhominantur. hos sanctus epiphanius galatiae episcopus superauit.

In leua nuptię significantur & uiduę. Circulũ faciens. ex
primit uirginitatis coronam. Oro te qui hęc loquitur.
damnat nuptias? Aurum uirginitatem. argentum
diximus matrimonium. Centesimũ & sexagesimum
in tricesimũ fructũ de una terra. & de uno exposuimus
semente generari. lic& multum differat in numero.
Et quisquam unquam tam iniquus lector erit. ut non ex meis
dictis sed ex suo me sensu iudic&. Et certe multo
clementiores erga coniugia fuimus omnibus pene la
tinis & grecis tractatorib;. qui centesimum numerũ
ad martyres referunt. sexagesimum ad uirgines. tri
gesimum ad uiduas. atq; ita fit iuxta illorũ sententiã
ut de bona terra & de patris familię semine excludantur
mariti. Verum in principio cautus. in reliquis forsitan
inpuidus fuerim. Nonne post partitionem opusculi
cum ad questiones uenirem statim intuli. uos queso
utriusq; sexus uirgines & continentes. mariti quoq;
& digami. ut conatus meos orationib; adiuuetis. cunc
torum in commune iouinianus hostis ē. quorum ora
tionib; indigeo & quos adiutores mei operis precor.
eos possunt manichei errore damnare. Curramus
ad reliqua. Neq; enim epistolę patitur breuitas diuti
us in singulis inmorari. interpretantes illud apli testi
monium. Uxor ꝓprii corporis non hab& potestatẽ
sed uir. Similiter & uir corporis sui non hab& potesta
tem sed uxor. Hęc subiunximus. Omnis hic questio
de his ē qui in matrimonio sunt. an eis liceat uxores
dimittere. qđ & dñs in euglio ꝓhibuit. Unde & apls.

bonum ē aut homini uxorem ł mulierē non tangere. Sed q[ui]
qui semel ~~dimisit~~ duxit uxorem nisi ex consensu se non ualet absti
nere nec dare repudium. non peccat sed dat coniugi debi
tum. quia sponte se alligauit. ut reddere cogeretur. Qui
d[omi]ni dicit eē preceptū ne dimittantur uxores & absq; con
sensu. quod d[eu]s coniunxit homo non separet. hic potest dies nup
tias condemnare. Rursum in consequentibus. sed unusquis
q; aut p[ro]prium habet donum ex d[e]o. Alius quidē sic. alius
aut sic. Quam sententiam nos exponentes. hec intulim[us].
Quid inquit uelit p[er]spicuum ē. sed q[uonia]m in ecclesia diuersa sunt
dona. concedo & nuptias. ne uidear damnare naturam.
Simulq; considera. quod aliud donū uirginitatis sit. aliud nup
tiarum. Si enim eadem eēt merces nuptiarū & uirginū.
nūquā dixisset post preceptum continentiae. Sed unusquisq;
p[ro]prium habet donum ex d[e]o. Alius quidem sic. alius aū sic.
Ubi proprietas singulorum ē. ibi altrinsecus diuersitas.
Concedo & nuptias eē donum di[ui]. sed inter donum & donū
magna diuersitas ē. Denique & ap[osto]l[u]s de eodem post incestū
penitente. e contrario inquit donate ei & consolamini.
& si cui quid donastis & ego. Ac ne putaremus donum ho
minis contemnendum. addidit. Nam & ego quod donaui
si quid donaui. p[ro]pter uos coram x[rist]po. Diuersa sunt dona
x[rist]pi. Unde & ioseph in typo eius uariam habebat tunicam
Et in psalmo quadragesimo quarto. Adstitit regina ad
dextris eius. inuestitu deaurato circumdata uarietate.
& petrus apostolus. Sicut coheredes aut multiplices gr[ati]ae
quod significantius grece dicitur ΠΟΙΚΙΛΗC. id est uariae.
Rogo que est ista contentio claudere oculos. nec ~~apparatissimū~~ aptissimum

Quasi in tactu
est periculū sit.
quasi quae atte
tigerit n[on] eua
det. Unde & io
seph q[uem] tange
re illū uole
bat aegyptia
fugiens pal
lium abiecit.

ΠΟΙΚΙΛΙΑC ..
uarie ΠΟΙΚΙΛΙΑ i.
uarietas. ΠΟΙΚΙΛΙΟC
i. uarius. ΠΟΙΚΙΛΩ
i. uario.

lumen aspicere. In eccta diximus diuersa dona. & aliud do
num uirginitatis & aliud nuptiarum. Et post paululum.
Concedo & nuptias eẽ dĩ donum. sed inter donũ & donũ mag
na diuersitas ẽ. Et qđ dĩ donũ uoce aptissima pnuntiamus.
damnare dicimur. Porro si ioseph in tipo dñi accipitur.
tunica eius uaria atq. distincta. in uirginib;. uiduis. con
tinentibus ac maritis ẽ. Et potest uideri quasi alienus
qui de tunica xpi ẽ. cum & ipsam reginã hoc ẽ ecclesiã
saluatoris. in uestitu deaurato eadem uarietate circũ
datã dixerimus. Sed in consequentib; de coniugio dispu
tantes. eundem sensum secuti sumus. Hic locus ad presen
tem controuersiam non ptinet. Docet enim iuxta senten
tiam dñi uxorem excepta causa fornicationis ñ repu
diandã. & repudiatam uiuo marito altero non nubere.
aut certe uiro suo debere reconciliari. Necnon & alio lo
co. Mulier alligata ẽ quanto tempore uir eius uiuit.
Quod si dormierit uir eius. libera ẽ. cui uult nubat tan
tum in dño. id ẽ xpiano; qui secdas nuptias tertiasq. con
cedit in dño. Primas cũ hetnico phibet. Aperiant queso
aures obtrectatores mei. & uideant me secundas & t'
tias nuptias in dño concessisse. qui secdas & tertias non
damnaui. Primum potui damnare matrimonium.
in eo quoq. loco ubi interpretam̃ capitulũ apli. Circũ
cisus aliquis uocatus ẽ. non adducat pputium. In pre
putio uocatus ẽ. non circũcidatur. Licet quidam pru
dentissimi interpretes scripturarũ. hoc de circũcisi
one & seruitute esse contendant. Nonne apertissime
foedera seruauimus nuptiarum. Diximus eñi. Si in

prepurtio quis uocatus ē· non circumcidatur· Habebas inquit
uxorem cū credidisti· noli fidem xp̄i causam putare discidii
quia in pace uocauit nos ds̄· Circūcisio nihil ē & preputiū
nihil ē. sed obseruatio mandatorum dī· Nihil enim p deest.
absq· operib; celibatus. & nuptię. cum &iam fides que
ppriae xpianorum ē si opera non habuerit. mortua eē dica
tur. Et hac lege uirgines quoq· uestę & iunonis uniuirę
in scōrū queant ordine numerari· Et post paululum·
Seruus uocatus es. non sit tibi curę· Sed & si potes liber
fieri· magis utere· Etiam si habes inquit uxorem & illi
alligatus es· & soluis debitum· & non habes tui corporis
potestatem· Atq· ut manifestius loquar· seruus uxoris
es. noli propter hoc habere tristitiam nec de amissa
uirginitate suspires. sed & iam si potes causas aliquas
inuenire discidii· ut libertate pudicitię perfruaris.
Noli salutem tuam cum alterius interitu querere. ha
beto paulisp uxorem· nec precurras morantem·
expecta dum sequitur· Si egeris patienter· coniunx
mutabitur in sororem· In eo quoq· loco ubi tractaui
mus cur dixiss& apls. de uirginib; preceptū dn̄i non
habeo· consilium aūt do tanquā misericordiam consecutus
a dn̄o· ut sim fidelis· ita uirginitatem extulimus· ut
nuptiarum ordinem seruaremus· Si uirginitatem
dn̄s imperass&· uidebatur nuptias condemnare· & homi
num auferre seminarium· unde & ipsa uirginitas
nascitur· Si precidiss& radicem· quomodo fruges que
rer&·· Nisi ante fundamentū iecisse&· qua ratione ae
dificium extrueret. et operturū cuncta desup culmen

inponeret. Si radicem nuptias. uirginitatem fruges
diximus. si fundamentum matrimonium. et aedifi
cium et culmen perpetuam castitatem. quisquamne tam
inuidus et tam caecus obtrectator mei erit. ut me eadem
domo edificium et culmen uideat. et fundamentum
quod edificium et culmen portat ignoret. Porro
in alio loco proponentes apostoli testimonium in quo ait
alligatus es uxori. noli querere solutionem. solutus es
ab uxore. noli querere uxorem. ilico ista subiecimus.
Habet unusquisque nostrum terminos suos. Redde mihi meum.
et tu tene tuum. Si alligatus es uxori. ne illi des repu
dium. Si solutus sum ab uxore. non queram uxorem.
ut ego non soluo coniugia si semel ligata sunt. ita tu non
liges quod solutum est. Et in alio testimonio quid de uirgi
nitate et nuptiis senserimus. manifestissime declara
tur. Non imponit nobis apostolus laqueum nec cogitasse quod
nolumus. sed suadet quod honestum est et decorum. et in
tente facit domino. et semper esse sollicitum. et expectare
paratam domini uoluntatem. ut cum quid imperauerit
quasi strenuus et armatus miles statim impleat quod
preceptum est. et hoc faciat sine ulla destitutione que da
ta est secundum ecclesiasten hominibus huius mundi. ut dis
tendantur in ea. In fine quoque comparationis nuptiarum
et uirginum. disputationem nostram hoc sermone conclu
simus. Ubi bonum et melius est. ibi boni et melioris non
unum est premium. Et ubi non unum premium. ibi utique
diuersa dona. Tantum est igitur inter nuptias et uirginita
tem. quantum inter non peccare et benefacere.

immo ut leuius dicam. quantum inter bonum & melius.
Porro in consequentib; cum dicimus finita disputatio
ne coniugiorum & uirginitatis. & inter utrumq.
cauto moderamine preceptorum ut nec ad sinistrā
nec ad dextram diuerteret. sed uia regia gradere
tur. & illud impleret ne sis multum iustus. Rursum
monogamiam digamię comparat. & quomodo
nuptias subdiderat uirginitati. ita digamiam nup
tiis subicit. Nonne perspicue ostendimus quę sit in
scripturis scīs sinistra dextraq. & quid significet ne
sis multum iustus. quod uidelicet sinistra sit. si iude
orū & gentilium sequamur libidinē. & semp̄ ęstuemus
ad coitum. dextra si manicheorū sequamur errorē.
& simulatę pudicitię retib; implicemur. Uia autem
regia sit ita appetere uirginitatem. ne nuptię con
demnent̄. Preterea quis tam iniquus meorum
opusculorum iudex erit. ut prima matrimonia dā
nare me dicat. cum etiam de sectis nuptiis dixisse me
legerit. Concedit apl̄s secundas nuptias. sed his quę
se continere non possunt. ne luxuriatę in xp̄o nube
re uelint. habentes damnationē quod fidē primam ir
ritam fecerint. Et hoc concedit. quia multę abierunt
retro post satanan. Ceterū beatiores erunt. si sic p̄manse
rint. Continuoq. subiungit apostolicā auctorita
tē. secundum meum consilium. Porro ne auctori
tas apl̄i quasi leuior uideret̄ addidit. Puto autē quod &
ego sp̄m dī habeam. Ubi ad continentiā prouocat.
ibi non hominis sed sp̄s dī consilio usus ē. Ubi autem

nubendi concedit veniam. spiritum dei non nominat. sed prudentiae
librat consilium. ita singulis relaxans. ut unusquisque ferre potest.
Propositis quoque testimoniis in quibus apostolus secundas concedit
nuptias. statim subiecimus quomodo virginibus propter fornicationis
periculum concedit nuptias et excusabiles facit quod ipse non adpetitur.
ita eadem fornicatio concedit viduis secunda matrimonia. Melius est
enim licet alterum et tertium unum virum nosse quam plurimos. id est tolera
bilius est uni homini prostitutam esse quam multis. secessat calumnia. De secundo

secessat · desinat · cessat ·

hic et tertio et quarto si libeat matrimonio disputavimus. non de primo;
sed Nequis in eo quod diximus. uni homini prostitutam esse quam multis. ad primum
tolerabilius est
maritum referat; cum omnis nobis questio de digamia et trigamia fuerit.
Denique digamiae et trigamiae disputationem hac calce signavimus.
Omnia licent sed non omnia expediunt. non damno digamos immo nec
trigamos. et si dici potest octogamos. Plus aliquid inferam etiam scor
tatorem recipio penitentem. Quicquid aequaliter licet aequa lance
pensendum est. Erubescat calumniator meus dicens me prima dam
nare matrimonia. quando legit non damno digamos immo nec tri
gamos. et si dici potest octogamos. Aliud est non damnare. aliud
est praedicare. Aliud est veniam concedere. aliud laudare virtutem.
Si autem in eo durus videor quia dixi. quicquid aequaliter licet ae
qua lance pensandum est. puto non me crudelem iudicabit et rigi
dum qui alia loca virginitati et nuptiis. alia trigamis et octoga
mis poenitentibus legerit praeparata. Christum in carne virginem in spiritu
monogamum quod unam habeat ecclesiam. noster in reliquis sermo
testatus est. et crediti sumus nuptias condemnare. Damnare dicor
nuptias cuius hic sermo est. Nulli quoque dubium est. sacerdotes de aaron
et eleazar et finees stirpe generatos. Qui cum et ipsi uxores habu
rint. recte nobis opponerentur. si errore [illegible] encretitarum conten

deremus matrimonia reprobanda. Tatianum encratitarum
principem qui abiecit matrimonia reprehendimus. &
ipsi nuptias condemnabimus? Rursumque ubi uirgines &
uiduas conparo. quid de nuptiis senserim & quomodo
tres gradus uirginitatis uiduitatisque & continentiȩ &
coniugii fecerim. declarant ipsa quȩ scripta sunt. Non nego
beatas esse uiduas quȩ ita post baptismum manserint.
nec illarum detraho meritum. quȩ cum uiris in castitate
perdurant. Sed sicut hȩ maioris apud deum premii
sunt quam nuptȩ coniugali officio seruientes. ita &
ipsȩ ȩquo patiantur animo uirginitatem sibi preferri.
Ad galathas quoque testimonium aptius proponentes. ex o
peribus legis non iustificabitur omnis caro. Huiusce
modi sensum intulimus opera legis & nuptiae sunt. Unde
& maledicuntur in ea. quȩ non habet filios. Quȩ si concedun
tur etiam in euuangelio. aliud est indulgentiam infirmita
te tribuere. aliud uirtutibus premia polliceri. Ecce perspicuȩ
nuptias diximus concedi in euuangelio. sed tamen easdem
in suo offitio permanentes premia castitatis capere non posse.
Quod si indigne accipiunt mariti. non mihi irascantur. sed scrip
turis scis. immo episcopis. presbyteris & diaconis & uniuerso choro
sacerdotali & leuitico qui se nouerunt hostias offerre non
posse si operi seruiant coniugali. Sed & in eo loco ubi de a
pocalypsi testimonium posuimus. nonne manifestum est
quid de uirginibus. uiduis & coniugibus senserimus. Hi sunt
qui cantant canticum nouum. quod nemo potest cantare nisi qui
uirgo est. hi sunt primitiae dei & agni. & sine macula. Si uir
gines primitiȩ dei sunt. ergo uiduȩ & in matrimonio

continentes erunt post primitias. id est in secundo & tertio gradu
<u>In secundo & tertio gradu</u> uiduas ponimus & maritatas. &
heretico furore damnare dicimur nuptias. Multa sunt
que per omnem librum cauto moderamine de uirginitate
de uiduis. de nuptiis diximus. sed breuitatis studio unum
adhuc ponam testimonium. cui non reor contradic
turum. nisi eum qui aut inimicum se probare uoluerit.
aut uecordem. Nam cum proposuissem quod dominus iesus ad nup
tias in chana galilee. post quedam & iam hec addidi.
Qui enim semel iuit ad nuptias. semel docuit esse nu
bendum. Et tunc uirginitati possit officere. si nupti
as & iam post uirginitatem & uiduitatis castimonia.
non in gradu tertio ponerem. Nunc autem cum hereti
corum sit damnare coniugia & dei spernere condi
tionem. quicquid de laude dixerint nuptiarum liben
ter audimus. Ecclesia enim matrimonia non damnat. sed
subicit. nec abicit sed dispensat. Sciens ut supra dixi
mus in domo magna. non solum uasa aurea esse. & argen
tea. sed & lignea & fictilia. Et alia esse in honorem. alia
in contumeliam. & quicumque se mundauerit. eum futurum esse
uas honorabile & necessarium in omne opus bonum prepa
ratum. Quicquid in quam de laude dixerint nuptiarum ben
ter audiamus. Laudare nuptias libenter audiamus.
& nuptias condemnamus. Ecclesia matrimonia
non damnat. sed subicit. Uelitis nolitis mariti subicit
uirginitati & uiduitati. Ecclesia nuptias. Sed nuptias
in suo opere permanentes subicit non damnat. nec a
bicit sed dispensat. In potestate uestra est si uelitis

l. & tertias nuptias possim addi li. prohibere esse.

secundum pudicitię gradum scandere. Quid indignamini
si in tertio stantes nolitis ad superiora properare. Igitur
cum toties & tam crebro lectorem admonuerim. &
per singula pene tractatuum milia cautus uiator incesserim. me ita recipere nuptias. ut eis continentes. uiduas. uirginesque preferrem. Debuerat prudens &
benignus lector etiam quę uidebantur dura estimare
de cęteris. & non in uno atque eodem libro criminari
me diuersas sententias protulisse. Quis enim tam hebes & sic in scribendo rudis. ut idem damnet et laudet.
ędificata destruat. destructa ędificet. et cum aduersarium uicerit. suo nouissime mucrone feriatur. Si rustici homines & uel rethoricę uel dialecticę artis ignari
detraherent mihi. tribuerem ueniam imperitię.
Nec accusationem reprehenderem. ubi non uoluntatem
culpę cernerem sed ignorantiam. Nunc uero cum diserti homines & liberalibus studiis eruditi. magis uelint
ledere quam intellegere. breuiter a me responsum
habeant corrigere eos debere peccata. non reprehendere. Patet campus. stat e contra acies. aduersarii dogma manifestum est. Et ut uirgilianum aliquid inferam.
illum aspice contra qui uocat. Respondeant, alter. [margin: Aduersario]
teneant modum in disputando, [interlinear: Alii uirginitatem docentes] et me in libris suis
quid uel preter miserint uel addiderint doceant. Reprehensores non audio. sequor magistros. Delicata doctrina est pugnanti ictus dictare de muro. Et cum ipse
unguentis delibutus sis. cruentum militem accusare
formidinis. nec hęc dicens statim iactantię reus sum.

gimnasticus. nu
dus exercitator
armorũ. dogma
ticus. ē sulcor.

quod cęteris dormientib; solus pugnauerim. Sed hoc
dico cautius eos posse pugnare. qui me uiderint uul
neratum. Nolo tale certamen in quo te tantum pte
gas. & torpente dextera. sinistra clipeum circũferas.
aut feriendum tibi ē aut cadendum. Non possum te
estimare uictorem. nisi aduersarium uidero truci
datum. Legimus eruditissimi uiri in scolis pariter
& aristotelia illa t de gorgię fontib; manantia simul
didicimus plura uidelic& ēē genera dicendi & inter
cętera aliud ēē ΓΥΜΝΑCΤΙΚωC [gim] scribere. aliud ΔΟΓΜΑ [dogmaticos]
ΤΙΚωC. In priori uagam ēē disputationem aduṡari
o respondente . nunc hęc nunc illud pponere.
argumentari ut lib&. aliud loqui. aliud agere.
panem ut dicitur ostendere. lapidem tenere. In
sequenti autem apta frons. & ut ita dicam ingenu
itas necessaria ē. Aliud ē querere. aliud definire.
In altero quidem pugnandum. in altero docendũ ē.
Tu me stantem in proelio & de uita periclitantem.
studiosus magister doceas. Noli ex obliquo. & unde
non putaris uulnus inferre. directo pcute gladio.
Turpe tibi ē hostem dolis ferire non uiribus. quasi non
& hęc ars summa pugnantium sit alibi minitari. & ali
bi percutere. Legite obsecro uos demosthenen. legite
tullium. ac ne forsitan rethores uobis displiceant quoꝝ
artis ē ueri similia magis quā uera dicere. Legite platonē.
theophrastum. xenophontē. aristotelem. & reliquos
qui de socratis fonte manant diũsis concurrere [t currunt]
fluminibus. Quid in illis aptum. quid simplex ē. que uba

non sensuum. qui sensus non uictorie. Origenes. Methodius.
eusebius. apollinaris. multis uersuum milibus scribunt
aduersum celsum & porphirium. considerate quibus
argumentis & quam lubricis problemata diaboli spu
contexta subuertant. Et quia interdum coguntur loqui n
qd sentiunt sed quod necesse e, dicunt ee gentiles. taceo de
latinis scriptorib; tertulliano. cypriano. minutio. uicto
rino. lactantio. hilarione. ut non me tam defendisse
quam alios uidear accusasse. paulum aptm pferam.
quem quotiescumq. lego. uideor mihi non uerba audi
re. sed tonitrua. Legite eptas eius maxime ad roma
nos. ad galathas. ad ephesios. in quib; totus in certami
ne positus e. & uidebitis eum in testimoniis que sumit de
ueteri testamento quam artifex. quam prudens.
quam dissimulator sit eius quod agit. Uidentur quide
uerba simplicia et quasi innocentis hominis. ac rus
ticam. et qui nec facere nec declinare norit insidias.
sed quocumq. respexeris. fulmina sunt, heret in causa.
capit omne quod tetigerit. tergum uertit ut superet.
fugam simulat ut occidat. Calumniemur ergo illum
atq. dicamus ei, testimonia quib; contra iudeos t ceteras
hereses usus e. aliter in suis locis. aliter in tuis eptis
sonant. Uidemus exempla captiua. seruierunt tibi
ad uictoriam. que in suis uoluminib; non dimicant.
Nonne nobis loquitur cum saluatore. Aliter foris.
aliter domi loquimur. Turba parabolas. discipuli
audiunt ueritate. phariseis pponit, dns questiones. non
dissert. Aliud e docere discipulu. aliud uincere ad

ut dicunt ad
usus eos qui

ē

uersarium. Misterium inquit meum mihi. misterium
meum mihi. et in eis indignamini mihi. quod iouinia
num non docuerim. sed uicerim. Immo indignantur
hi. qui illum anathematizatum dolent. et cum
laudant quod sunt. accusant quod esse simulant. Quasi
uero rogandus fuerit ut mihi cederet. et non inuitus
atque pugnans in ueritatis uincla ducendus. Et haec dixe
rim. si uincendi studio contra regulam scripturarum
quippiam locutus fuissem. Et sicut uiri fortes in con
trouersiis solent facere. culpam premio redimerem.
Nunc uero cum interpres magis apostoli fuerim quam dogma
tis & commentatoris sim usus officio. quicquid
durum uidetur ei magis imputetur quem exposuimus. quam
nobis qui exposuimus. nisi forte aliter ille dixit. et
nos simplicitatem uerborum ei maligna interpretatione
detorsimus. Qui hoc arguit. de ipsis scriptis probet.
Diximus si bonum est mulierem non tangere. malum
est ergo tangere. Nihil enim bono contrarium est nisi
malum. Si autem malum est et ignoscitur. ideo conceditur
ne malo quid deterius fiat. et cetera usque ad positionem
alterius capituli. Hoc ideo subiecimus. quia apostolus dixe
rat. Bonum est homini mulierem non tangere. propter
fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat.
et unaquaeque uirum suum habeat. In quo differunt me
a uerba a sensu apostoli. nisi forte in eo quod ille pronuntiat.
ego dubito. ille definit. ego sciscitor. ille aperte dicit.
bonum est homini mulierem non tangere. ego timide
quero. si bonum est mulierem non tangere. Si dubitan

tis ē non confirmantis. ille dicit bonum ē non tangere
ego quid bonū contrarium eē possit adiungo. Statimq;
in consequentib; animaduertenda apti prudentia. Non
dixit bonum ē uxorem non habere. sed bonum ē muli
erem non tangere. Quasi enim in tactu periculū ē. q̄ si
qui illam tetigerit non euadat. Uides igitur non de con
iugib; nos exponere. sed de coitu simpliciter disputa
re. q̄d ad comparationē pudicitię & uirginitatis. &
angelicę similitudinis bonum sit homini mulierem
non tangere. Uanitas uanitantium. omnia uanitas di
cit ecclesiastes. Si omnis creaturę bonę ut a bono creato
re conditę. quomodo uniuersa uanitas. Numquid &
celi & angeli & throni. dominationes. potestates cetereq;
uirtutes. Sed quę per se bona sunt ut a bono creatore
condita. ad comparationem maiorū uanitas appel
latur. Verbigratia. lucerna lampadis comparatione
pro nihilo ē. Lampas. stelle collatione non lucet. Stellam
lunę confer & ceca ē. Lunā soli iunge. non rutilat. So
lem xp̄o confer. & tenebrę sunt. Ego sum inquit qui
sum. Omnem igitur creaturam si dō contuleris. non
subsistit. Ne tradas inquit hester hereditatē tuam his
qui non sunt. t ydolis scilicet t demonib; Et certe erant
idola & demones. quib; ne traderentur orabat. In iob
quoq; legimus a baldad dictum de impio. Auerta
tur de tabernaculo suo fiducia eius. & calcet sup eū
quasi rex interitus. Habitent in tabnaculo illius
socii eius qui non ē. Haud dubium quin diaboli qui
eū habeat socios non aut habere nisi eēt. & tamen

Lucerna a lychno dicta. unde & lichinus ē lu.

Lampas grece. can dela t fax. la tine.

qui a deo perit non esse dicitur. Ergo secundum hunc comparati
onis sensum. malum diximus mulierem tangere. lic&
uxoris nulla sit facta mentio quia bonum non est tangere. et
subiecimus. uirginitatem frumentum. nuptias hordeum.
fornicationem stercus bubulum nuncupantes. Utique
& frumentum & hordeum creatura dei est. Verum in euangelio
maior turba hordeaceis panibus. minor frumentaceis
pascitur. Homines inquit & iumenta saluos facies domine.
Aliis uerbis idipsum locuti sumus. quando aurum uirginita
tem. argentum nuptias diximus. et centum xl iiii milia
uirginum signatorum qui cum mulieribus non sunt coin
quinati. Ex quo ostendi uolumus omnes quicumque uir
gines non permanserint. ad comparationem pu
rissime & angelice castitatis & ipsius domini nostri ihesu xpisti
esse pollutos. Quod sicui asperum & reprehensione
dignum uidetur. tantam nos inter uirginitatem
& nuptias fecisse distantiam quanta inter frumentum
& hordeum est. legat sancti ambrosii deuiduis librum. &
inueni& illum inter cetera que de uirginitate &
nuptiis disputauit &iam ista dixisse. Neque ita conu
gium apostolus pretulit. ut studia integritatis extingue
re&. sed a continentie persuasione incipiens. ad incon
tinentie remedia descendit. et cum brauium superne
uocationis fortibus demonstrass&. deficere tamen in uia
neminem passus est. Ita plaudens prioribus ut non despi
cer& & sequentes. Didicerat enim & ipse. quia dominus
ihesus aliis panem hordeaceum ne in uia deficerent.
aliis corpus suum ut ad regnum contenderent

demonstrauit. Et in consequentib; Non ergo copula nuptia
lis quasi culpa uitanda. sed quasi necessitatis sarcina decli
nanda. Lex enim astrinxit (est) uxorem ut in laborib; & tris
titia filios generet. conuersatio ad uirũ sit. quod et ipse do
minetur. Ergo laborib; & dolorib; in generatione filioꝝ
addicit nupta. non uidua. Et dominationi uiri sola sub
ditur copulata. non uirgo. Et in alio loco. Pretio inquit
empti estis: nolite fieri serui hominũ. Videtisq(ue) quã euidens
sit coniugalis definitio seruitutis. Et post paululum.
Si igitur bonum coniugium. seruitus mala. Quid est
quando nequeant se inuicem sc̃ificare sed perdere.
Uniuersa quę de uirginitate nos ac nuptiis lato sermo
ne diffundimus. ille breui artauit conpendio. in
paucis multa conprehendens. Virginitas ab eo psua
sio continentię. nuptię remedia incontinentię p̃
dicantur. Et significanter a maiorib; ad minora
descensus. uirginib; brauium supnę uocationis os
tendit. nuptas ne in uia deficiant consolatur. alios
laudat. alios non despicit. Coniugia ordeo. uirginita
tem xp̃i corpori conparat. Et puto multo minorem
distantiã inter frumentũ & ordeum ẽẽ. quã inter
ordeum & corpus xp̃i. Deinde nuptias dicit. qua
si necessitatis sarcinã declinandam. & diffinitio
nẽ ẽẽ euidentissimę seruitutis. et multa alia quę in
trib; libellis de uirginib; latissime psecutus ẽ. Ex quib;
uniuersis perspicuum ẽ me nihil noui de uirginib;
nuptisq; dixisse. sed maiorũ in omĩb; secutũ ẽẽ senten
tiam tam huius uidelic& quã reliquoꝝ qui de ęcclesi

asticis dogmatib; disputarunt. quorum ęmulari exopto
neglegentiam potius quam alioꝝ obscure diligentiam.
Tamen (tument) contra me mariti quare dixerim orate. quare illud
bonum ē quod orare ꝓhibet. qđ corpus xp̄i accipere
n̄ ꝑmittit. Quando impleo mariti officium. n̄ impleo
continentis. Iubet idem apl̄s in alio loco. ut semper
oremus. Si semꝑ orandū ē. numquā ergo coniugio ser
uiendum. qm̄ quotiescumq; uxori debitum reddo.
orare non possum. Hoc quare dixerim ꝑspicuum ē.
quia interp̄tabar illud apl̄i dictum. Nolite frauda
re inuicem. nisi forte ex consensu ad temp̄. ut uacetis
orationi. Paulus apl̄s dicit quando coimus cū uxoribus.
nos orare non posse. Petrus ad continentiam cohor
tatur. ne impediantur orationes nr̄ę. Quod hic quęso
peccatum meum ē. quid commerui. quid deliqui.
Si turbidę & nebulosę aquę fluunt. non ē aluei culpa
sed fontis. An idcirco arguor quod de meo sum ausus
adicere. quale illud bonum ē qđ corpus xp̄i accipere
non ꝑmittit. Ad hoc breuiter respondebo. quid est
maius. orare an xp̄i corpus accipere. Utiq; corp̄
xp̄i. Si per coitum qđ minus ē impeditur. multo ma
gis qđ maius ē. Diximus in eodem uolumine panes
ꝓpositionis ex lege non potuisse comedere dauid &
socios eius. nisi triduo mundos a mulierib; respondis
se. non utiq; a meretricib; qđ dampnabatur in le
ge. sed ab uxorib; quib; licito iungebantur. Populum
quoq; quando accepturus erat legem in monte syna
trib; dieb; iussum eē ab uxorib; abstinere. Scio

romę hanc eẽ consuetudinem · ut fideles semper xp̅i corpus ac cipiant · quod nec reprehendo nec probo · Unusquisq; enim in suo sensu abundat · Sed ipsorum conscientiam conuenio qui eodẽ die post coitum communicant · & iuxta psium · noctẽ flumine purgant · Quare ad martires ire non audent · quare n̄ ingrediuntur ecclas · An alius in publico alius domi xp̅c ẽ · Quod in ecclã non licet · nec domi licet · Nihil dõ clausum ẽ · & tenebrę quoq; lucent apud eum · Probet se unusquisq; & sic ad xp̅i corpus accedat · Non qđ dilatę communionis unus dies aut biduo sanctiorem efficiat xp̅ianum · ut qđ hodie non merui · cras t pendie merear · sed qđ dum doleo non communicasse corpori xp̅i · abstineam me paulisp ab uxoris amplexu · ut amore coniugis · amorem preferam xp̅i · Durũ ẽ & non ferendũ · Quis hoc secularium sustinere potest · Qui potest sustinere sustineat · qui non potest · ipse uiderit · Nobis curã ẽ non quid unusquisq; possit aut uelit · sed quid scripturę pcipiant dicere · Illud quoq; in commentariolis meis eiusdem apti carpitur in quib; dixi · uerum ne quis putet ex eo quod sequitur · ut uacetis orationi · & iterum ad id ipsum aptm hoc uelle & non ppt̃ maiorem ruinam concedere · statim infert · Ne temptet uos satanas ppt̃ incontinentiã uestram · Pulcra nimirũ indulgentia · & iterũ ad id ipsũ · qđ erubescit suo uocare nomine · qđ temptationi pfert satanę · quod causam habet incontinentiam · Laborauimus quasi obscurum disserere · cum exposuerit ipse se qui scripsit · Hoc autẽ inquit dico iuxta indulgentiã · non iuxta imperium · Et mussitamus adhuc nuptias non uocare indulgentiam · sed pceptũ · quasi non eodem

Hieronim̃ qđ romę ẽ cõsuetudinis ut semp co[m]municent · nec rephendit nec pbat · & tibi cõsuetudo erat ut pcontu noctis ecclas n̄ ingrediant · & tam aliqui intra domos suas uenientib; sacerdotib; cõmunicabant · dũ tam noctis peccatũ lauacro se purarent ab lucere.

Nuptię n̄ pceptũ ẽ sed indulgentia

definitio matrimonii
Matrimonium est nobilium iusta conventio

modo & secunda & tertia matrimonia concedant. & reliqua.
Quid hic locutus sum quod apostolus non dixerit. Nimirum illud
quod erubescit suo vocare nomine. Ego arbitror quando dicit
ad ipsum. & rem ipsam tacet. non eum nominare palam contu.
sed verecunde ostendere. An quia sequitur quod temptationem perferri
ferri satanae. quod causam habet incontinentiam. Nonne alio
verborum ordine idipsum est. ne temptet vos satanas propter incon
tinentiam vestram. An quia dixi & mussitamus adhuc nup
tias non vocare indulgentiam. sed preceptum. Quod si
durum est. imputetur apostolo qui ait. Hoc autem dico. iuxta
indulgentiam. non iuxta imperium. & non mihi. qui ex
cepto praepostero ordine nec sensum nec verba mutavi.
Transeamus ad reliqua. Epistolari enim brevitate festi
nat oratio. Dico inquit apostolus innuptis & viduis. Bonum
est eis. si sic permanserint ut ego. Si autem non se continent. nu
bant. Melius est enim nubere quam uri. Quod capitulum
nos sic interpretati sumus. Postquam nuptiis concesserat usum
coniugii. & ostenderat se quid vellet quid concederet.
transit ad nuptas & viduas. & sui exemplum proponit. & fe
lices vocat si sic permanserint. Si autem non se continent nu
bant. Idipsum quod supra. propter fornicationes autem. &
ne temptet vos satanas propter incontinentiam vestram. reddit
causam cur dixerit si se non continent nubant. melius est enim
nubere quam uri. Ideo melius est nubere. quia peius est uri. Tol
le ardorem libidinis. & non dicit melius est nubere. Melius
semper ad comparationem deterioris respicit. non ad sim
plicitatem incomparabilis per se boni. velut si diceret. Me
lius est enim unum oculum habere quam nullum. Et post

paululū cum apostrofam fecissem ad aptm. intuli. Si p se
nuptię bone sunt. noli eas incendio conparare. sed dic sim
pliciter. bonum ē nubere. Suspecta ē mihi bonitas ei' rei.
quam magnitudo alterius mali. Malum cogit ee inferius.
Ego aut non leuius malum sed simplex p se bonum uolo.
Vult aptls innuptas & uiduas absq; coitu pmanere. & ad
exemplum sui puocat. & felices uocat si sic pmanserint.
Si autem se continere non possunt & ardorem libidinis
non tam in continentiam uolunt quā fornicationē restrin
gere. melius ee nubere quā uri. Ad quod nos intulimus.
ido melius nubere. quia peius ē uri. non nrām sententiam
pferentes. sed interptantes apti. melius ē nubere quam
uri. id melius ē maritū ducere quā fornicari. Si uri uel
fornicari bonum ee docueris. tunc bono melius pfertur.
Si autem uri malum ē qd malo pfertur. non ē germanę
& purę integritatis. nec ei beatitudinis quę angelis con
paratur. Si dixero melius ē uirginē ee quā nuptam.
bono melius ptuli. Si autem alterū gradum fecero.
melius ē nubere quā fornicari. Ibi non bono melius. sed
malo bonū ptuli. Et multa diuersitas ē inter id melius qd
nuptiis. & inter id qd fornicationi anteponitur. Obsecro
te. quid in hac dissertione peccaui? Propositū mihi erat
non ad meam uoluntatē scripturā trahere. sed id dicere
qd scripturā uelle intellegebā. Commentatoris officiū
ē. non qd ipse uelit. sed quid sentiat ille quem interptatur
exponere. Alioquin si contraria dixerit, quam aduer
sarius ei' quē nititur explanare. Certe ubicumq; scrip
turas non interptor. & libere de meo sensu loquor.

Apostraphe .i. auersio. & ē diriuatiū a uerbo greco. qd ē apostrapho .i. auerto.

arguat me quilibet durum quid dixisse contra nuptias. Quod si
non repperit. quicquid t austerū uidet ēē t durum. id non
scriptoris auctoritati. sed interpretis officio deputet.
Illud uero ferre quis possit quod in me rep̄hendit. quare ex
ponens capitulum apti in quo de coniugib; scripsit. tri
bulationem carnis habebunt huiusmodi dixerim.
Nos ignari rerum putabam̄ nuptias saltem carnis ha
bere letitiam. Si autem nubentib; et in carne tribu
latio ē in qua sola uidebantur habere delitias. quid
erit reliquum ppt qd nubant. cum et in spū et in a
nima et in ipsa carne tribulatio sit. Que hec condēpna
tio matrimonii ē. si infantū uagitus. filiorū mortes.
uxorū auortia. damna domus. et cetera huiusmo
di tribulationē diximꝰ nuptiarū. Dum adhuc uiueret
scē memorie damasus. librum contra heluidium de
beatę marię uirginitate perpetua scripsimus. in quo
necesse nobis fuit ad uirginitatis beatitudinem pre
dicandam multa de molestiis dicere nuptiarum.
Num uir egregius et eruditissimus in scripturis et uir
go ecclę uirginis doctor. aliquid in illo sermone
reprehendit. In libro quoq; ad eusthochium mul
ta duriora de nuptiis diximus. et nemo sup hac
re lesus ē. Amator quippe castitatis. pconium
pudicitię intenta aure captabat. Lege tertullia
num. lege ciprianū. lege ambrosium. et cum illis
me t accusa t libera. Inuenti sunt plauti hic familę (fabulę)
et scioli tantū ad detrahendū. qui in eo se doctos
ostentare uelint. si omnium dicta lacerent. et in

una eademque causa & me & aduersarium id utrique reprehendant. ut cum e duobus alterum necesse erit uincere, ambos uictos esse contendant. Porro ubi de digamis & trigamis disserentes diximus melius est licet alterum & tertium unum uirum nosse quam plurimos. id tolerabilius est uni homini prostitutam esse quam multis. Nonne statim cur hoc dixerim subiecimus. Siquidem & illa in euangelio samaritana sextum maritum habere se dicens arguitur a domino quod non sit uir eius. Ego etiam nunc libera uoce proclamo. non damnari in ecclesia digamiam immo nec trigamiam. & ita licere quinto & sexto & ultra. quomodo & secundo marito nubere. Sed quomodo non damnantur he nuptie. ita nec predicantur. Solatia miserie sunt. non laudes continentie. Unde & in alio loco dixi. Ubi unus maritus exceditur. nihil refert secundus an tertius sit. quia desinit esse monogamus. Omnia licent sed non omnia expediunt. Non damno digamos nec trigamos. & si dici potest octogamos. Habeat quelibet octauum maritum. & esse se uni desinat prostitutam. Ueniam et ad illum locum in quo arguor. quare dixerim dumtaxat iuxta hebraicam ueritatem. In secundo die non addi sicut in primo. et tertio. et reliquis. Uidit deus quia bonum est. Statimque subiecerim nobis intellegentiam dereliquit. non esse bonum duplicem numerum quia ab unione diuidat et prefiguret foedera nuptiarum. Unde et in arca noe omnia animalia quecumque bina ingrediuntur inmunda sunt. Inpar numerus est mundus. In hoc nescio

quid reprehenditur interim [de] secundo die utrum quia scriptū
est & scriptum ēē diximus. an quia & iam scriptum non ē aliter
intelleximus quam scripturę simplicitas patitur. scriptū non
ēē in secto die. Uidit ds quia bonum ē. Non meum accipientes
testimonium. sed cunctoꝝ hebreoꝝ & alioꝝ interp̄tum
uidelic& aquilę & simmachi & theodotionis. Si autem
scriptū non ē. cum in cęteris dieb; scriptū sit. aut aliam
reddant probabiliorem causam quare non scriptū sit.
aut si non reppererint. ingrati suscipient quod a nobis
dictum ē. Porro si in archa noe omā animalia quę bi
na ingrediunt inmunda sunt. impar numerus ē mund.
& hoc scriptū ēē nemo dubitat. quare scriptū sit edisse
rant. Si autem non dixerint qđ a me expositum ē. uelint
nolint suscipient. Aut profer meliores epulas & me con
uiua utere. aut qualicumq. nrā cęnula contentus esto.

Coparatio ab epulis

Scilic& nunc enumerandum mihi ē. qui ecclesiasticoꝝ
de inpari numero disputauerint. Clemens. hypolitus.
origenes. dionisius. eusebius. didimus. nroꝝ quoq. ter
tullianus. cyprianus. uictorinus, [lactantius] hilarius. Quorum
ciprianus de septenario id ē inpari numero disserens.
quę & qualia dixerit ad fortunatum liber illius testimo
nio ē. An forsitan pytagoram & archytan tarentinū
& publium scypionē in sexto ΓΗCΙΤΟCΛΙſΙΑC [tespolitias]. De inpari
numero eorum p̄feram disputantes. Et si hos audire nolue
rint obtrectatores mei. grammaticoꝝ scolas eis fa
ciam conclamare. Numero ds impare gaudet.
Grande piaculum. Euersę sunt ęcclesię orbis. audire
non potest si mundiorem uirginitatē diximus

ēē quam nuptias. Si inparem numerū inpari subiecim⁹.
& ueteris testamenti tipos euangelice ueritati profecisse
monstrauimus. Cetera que in libro nr̄o rep̄hensa sunt. t leui
ora puto t ad eundem sensum ptinentia. Unde ad ea nolui
respondere. ne & libelli excederem magnitudinem.
& tuo uiderer ingenio diffidere. quē patronum cau
se mee ante habui quā rogarem. Igitur hac extrema
uoce protestor me nec damnasse nuptias. nec dam
nare. respondisse aduersario. non meorū insidias
formidasse. Uirginitatem aut in celum fero. non quia
habeo. sed quia magis miror qđ non habeo. Ingenua & ue
recunda confessio ē. quo ipse careas id in aliis pre
dicare. Numquid quia graui corpore terre oneros hereo. auium n̄
miror uolatus nec columbam predico quod i ad ter liqui
dum celeres neq. commouit alas. Nullus se decipiat.
nemo blando adulatore se precipitet. Prima ē uirgini
tas a prima natiuitate. secđa uirginitas a secđa natiuitate.
Non ē meus sermo. antiqua sententia ē. Nemo potest
duob; dominis seruire. carni & sp̄ui. Caro concupiscit
aduersus sp̄m. & sp̄s aduersus carnem. Hec sibi inuicē
aduersantur. ut non que uolum⁹ illa faciamus. Qđ
tibi aliquid asperum uidet̄ in nr̄o opusculo. non ad
mea uerba respicias sed ad scripturam unde mea
tracta sunt uerba. Xpc uirgo. mater uirginis nr̄i
uirgo ppetua. mater & uirgo. Ihc enī clausis ingres
sus ē ostiis. In sepulchro enim qđ nouum & in petra
durissima fuerat excisū. nec ante quis nec postea posit⁹
ē. Ortus conclusus fons signatus. de quo fonte manat

fluuius ille iuxta amos qui irrigat torrentem uel
funium uel spinarum. funium peccatorum quibus ante alli
gabamur. spinarum. que suffocabant sementem patris fa
miliarum. Hec est porta orientalis in hiezechiel semper
clausa & lucida & operiens in se. et ex se proferens sancta sanctorum.
Per quam sol iustitie & pontifex noster secundum ordinem mel
chisedech ingreditur & egreditur. Respondeat mi
hi quomodo ihesus clausis ingressus est hostiis. cum palpan
das manus & latus considerandum & ossa carnemque mons
trauerit. ne ueritas corporis fantasma putaretur. & ego
respondebo quomodo sancta maria sit & mater eius & uir
go. uirgo post partum. mater antequam nupta. Igitur ut di
cere ceperamus. christus uirgo. uirgo maria. utrique sexui uirgini
tatis dedicauere principia. Apostoli uirgines aut post nup
tias continentes. episcopi. presbiteri. diaconi. aut uirgines eli
guntur aut uidue. aut certe post sacerdotium in eter
num pudici. Quid nobis ipsis inludimus & irascimur
si subantibus semper ad coitum premia pudicitie denegen
tur. Volumus oppipare comedere. uxorum herere
complexibus. & in numero uirginum ac uiduarum
regnare cum christo. Idem ergo premium habebit
fames & ingluuies. sordes & munditie. saccus & se
ricum. Lazarus recepit mala sua in uita sua. et
diues ille purpuratus & crassus & nitidus. fruitus
est bonis carnis dum aduiueret. Sed diuersa
post mortem tenent loca miserie ac delitiis. &
delitie miseriis commutantur. In nostro est
arbitrio uel lazarum sequi. uel diuitem. Explicit.


Cod. lat.
6313

